UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De conuersione peccatoris Dialogus habet articulos vndecim.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55472

Visual Library

# D. DIONYSII CARTVSIENSIS, SPECULUM ſiue dialogus de conuerſione peccatorum, vere fructuoſus ac ſolidus.

## PROOEMIVM.

## IVSTVS PECCATOR.

CONVERTERE AD DOminum deum, quoniam corruiſti in iniquitate tua. Quum peccatum ſit auerſio, ac receſſus mentis creatæ a ſummo, immenſo, & incommutabili bono: atque cõuerſio quædam inordinatá ad bonum creatum, caducum, & vanum: cõſtat ꝙ ipſum peccatum ſit maxima profundiſſimaqꝫ ruina: puta lapſus a ſummo ad infimum, ab optimo ad peſſimum, a digniſſimo ad viliſſimum. Idcirco peccator merito ſuæ tranſgreſſionis repelli meretur a deo altiſſimo, ac præcipitari in profundiſſimum inferorum, vt culpæ correſpondeat pœna. Quum ergo hoc ita ſit, admoneo te peccator: ut relicto impietatis tuæ errore, te ad inferos pertrahente, ad tuum redeas cre

Oſee. 14.

Peccatũ quid ſit

Apocal. 18

atorem: ad tuæ ſalutis fontem, in quo ſolo ſalus
tua conſiſtit. Vſquequo per abrupta ambulas ſ
tiorum? Cur itinera eligis tenebroſa, ad terram
Iob.10 mortis caligine coopertam ducentia? Aperi ocu
los cordis & penſa quo tendas. PECCATOR.
Quis tu, qui me increpare, docere, iudicare præ
Mat.7. ſumis: quum ſcriptum ſit, Nolite iudicare, & non
Roma.14. iudicabimini. Item: Tu quis es, qui iudicas alie
num ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit. IVST.
Putas ne intelligis, quæ allegas? Nonne ſicut de
occultis & ignotis iudicare vetamur: ſic de ma
nifeſtis iudicare liceat. Imo et ſæpe iubemur: que
admodum per Moſen loquutus eſt deus Leuit.
decimo nono, Iuſte iudica proximo tuo. Et cur in
crepationem grauiter accipis, quum rurſus per
Moſen loquutus ſit dominus, Publice argue fra
Leuit.19 trem, id eſt, proximum tuum peccantem: ne ha
beas ſuper illo peccatum? Cur non attēdis quod
Salomon dixit Prouerbio. vigeſimo nono, Vir
qui corripientem dura ceruice contemnit, repe
tinus ſuperueniet interitus? An non credis quod
Auguſtin. aſſerit Auguſtinus, Si increpare errantem negle
xeris, peior eo efficeris? Nonne peccantē & non
Luc.12 corripientem, eadem inuoluit damnatio. PEC-
CATOR. Quis te huc adduxit, & quis te con
ſtituit iudicem ſuper me? Cur me turbas & in
quietas, & a concupita delectatione me impe
dis? IVSTVS. An ignoras quod in Eccleſiaſti
co ſcriptum eſt decimo ſeptimo, Vnicuiq; man
Matt.22 dauit deus de proximo ſuo. Nonne tenemur dili
gere proximos noſtros, ſicut noſipſos? Attende
quod ſummus præcipit iudex Matth. decimo o
ctauo, Si peccauerit in te (id eſt, te ſciente) frater
(id eſt, proximus) tuus, corripe eum inter te & i
pſum

pſum ſolum. PECCATOR. Vnde aduenit mi
hi tribulatio iſta, qui ſine reſiſtentia in delitijs vi-
uere ſtatui? Nonne & tu peccator es, quum Iaco
bus dicat apoſtolus tertio, In multis offendimus
omnes? IVSTVS. Videtur mihi impleri in te
quod Salomon dixit prouerbiorum decimo octa
uo, Impius quum in profundum venerit peccato
rum, contemnit. Amos quoqꝫ propheta quinto,
Odio habuerunt corripientem. Et item quod lo-
quitur Hieremias quarto, Sapientes ſunt, vt faci
unt mala. Sic quippe & tu, qui in ſcripturis eru-
ditus eſſe videris: per eaſdem te armas ad impie
tatem. Hoc eſt, ad excuſandum & palliandum
vitia tua: & ad redarguendum increpantem &
exhortantem te charitatiue. Veruntamen vt
tuæ ſatisfaciam obiectioni: hõ in ſcripturis mul- Hõ multis modis peccator in ſcript. vocatur.
tis modis vocatur peccator: Primo, propter o-
riginale. Secundo, propter veniale. Tertio, pro-
pter mortale peccatum in quo fuit, quãuis nunc
in eo non ſit. Quum & Paulus apoſtolus prote-
ſtetur, Venit Ieſus peccatores ſaluos facere, quo 1. Timo. 1
rum primus ego ſum. Quarto, propter mortale,
in quo iacet. Porro qui a mortalibus vitijs abſti
net, de venialibus quoque dolet quotidie, & ea
deplorat: virtutibuſqꝫ inſiſtit, faciens quod tene-
tur, iuſtus cenſetur: cui & licet, imo iniungitur, vt 1. Tim. 5.
eum qui publice peccat, corripiat. PEC. Scriptũ Eccleſi. 32.
eſt: Vbi nõ es auditus, non effundas ſermonem.
Et rurſus, Ne mittas falcẽ tuã in meſſem alienã. Eſa. 47
Deſine ergo eſſe ſolicitus mei: ætatẽ habeo, p̃ce-
pta cognoſco: p̃mitte me agere, q̊d delectat. IV.
Sapientia tua & ſcĩa tua te deceperunt, vt aſſe-
rit Eſa. Ea quoqꝫ quę noſti, impertinẽter allegas.
Aduerte, ꝙ ſacratiſſimus ait princeps apoſtolici Ibidem

2.Petr.2 agminis, Melius erat non cognoſcere viam iu
ciæ, quam poſt cognitionem retrorſum reuerti.
Luc.12 Recordare & expaueſce, quod filius DEI de
promiſit, Seruus qui cognouit volũtatem dom
ni ſui & non fecit, plagis vapulabit multis. No
Phariſęis te conformare, qui dixerunt ad lume
Iohan.9 Nunquid & nos cæci ſumus? Ne merearis aud
re, quod illi audierunt a iudice, Si cæci eſſetis, no
Ibidem. haberetis peccatum: nunc autem quia dicitis v
demus, peccatum veſtrum manet. PEC. Adu
Gal.6 te & tu illud Apoſtoli, Qui ſe putat aliquid e
1.Cor.8 quum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Itemque, Qui ſe p
tat aliquid ſcire, nondum cognouit, quemad
Iob.20 dum oporteat eũ ſcire. Cur ergo te eleuat cor
um, & quaſi magna cogitans, attonitos hab
oculos? Cur ſapientis ac iuſti officium tibi a
mis (ne dicam vſurpas) ſicq́ ſapientẽ ac iuſt
te eſſe præſupponis, aut iactas? IVST. Enim
aſſimilaris, & dialecticus acer & recens effec
es. Verum, vt cerno, correptione acuta nõ em
daris, nec proficis, imo potius obduraris: alli
go aſſumam genus ſermonis, quo te ad tuo
recognitionem, deplorationem, emendation
vitiorum ac periculorum, queam reducere.

Captatio beneuolentiæ peccatoris.

Art. I.

SENIOR IVVENIS

AVdi fili mi diſciplinam patris tu
addatur gratia capiti tuo. Fili m
ſuſceperis ſermones meos, vt au
Pro.1 ſapientiam auris tua: tũc intelli
iuſticiam, & iudicium, & æqui
tem, & omnem ſemitam bonam

IVV

IVVENIS. Quæ eſt hæc vox dulcis, quæ
reſonat in auribus meis? SEN. Amator ſum ani
mæ tuæ,&eius opto ſalutem.Et quoniam extra
viam ſalutis te eſſe intueor, ad viam ſalubrem
& rectam te reducere nitor: ideo dulcibus pater
næ charitatis verbis te affari, & aggredi orſus
ſum.IVVE. quemadmodum omnes homines Philoſo.
naturaliter ſcire deſiderant: ſic & beatitudinem
omnes naturaliter cupiunt.Ideo informationem
ad beatitudinem obtinendam tendētem, ac pro
ficientem abijcere,improbum fateor & peruer-
ſum.Nunc ergo me doce, & feſtinabo accipere.
SEN.Initium ſapientiæ,quam te cupio edocere, Pſalm.110
eſt timor dei: vt diſcedas ab omni iniqtate.Hoc
itaq; in primis te hortor & inſtruo, vt timeas de
um, atque ad mādatorum ipſius obſeruātias te
extendas. Quia ingratum eſt deo,quicquid ege Bernardꝰ.
ris,quicquid ſtudueris,quicquid ei obtuleris, ne- Benedictꝰ.
glectis his ad quæ teneris. IVVE. Putabam,ꝙ
in ſciētijs naturalibus & ſpeculatiuis,erudire me
velles.Nam & in ſapientia, quæ ſpeculatiua vo
catur magis quam practica, beatitudo cōſiſtit:
ſicut decimo Ethicorum ait Philoſophus: Quod Philoſo.
in ſpeculatione optimi ſpeculabilis,conſiſtit feli-
citas. SEN. Ad ſapientiam illam,eiuſque con-
templationem, per moralem ſcientiam practi-
cam peruenitur.Ethica nanque ad theoricam in
troducit.Primo itaque moralia ſcripturæ ſanctæ
documenta tibi propono,quorum finis eſt,opera
tio bona,& conuerſatio virtuoſa. Siquidem qd
virtus,quid vitium,quæ mandata ſint obſeruan
da,diſcimus & docemus:non principaliter ut ſci Cur quid
amus,ſed vt bene viuendo, virtuoſi efficiamur. diſcimus
Niſi iſtam ſcientiam in primis habueris,& vixe aut doce

tis iuxta eam: nunquam ad ſapientiam ſalutare
rem, nunquam ad felicitatem pertinges. IV.
Bona, fateor, eſt iſta moralis doctrina: ſed iuxta
eam viuere, præſertim in iuueutute, moleſtum
detur. Eſtq́ difficile & cum pœna quadam con
iunctum, in timore dei aſſidue ſtare. SEN. Long
aliter ſenſit, qui dixit, Nihil dulcius, q̃ timere de-
Eccleſi. 33. um. Et denuo, Timor domini, delectabit cor. N
Idem 1. hilominus, ſicut dicis, In ſeruili timore ſic iugiter
Matt. 11. eē, eſt graue. Sed arcta eſt via ſalutis. Et regnum
cœlorꝝ vim patitur. Atque neceſſe eſt vincere ſe
Gala. 5 metipſum. Deniq́ (ſicut dixit apoſtolus) Hi qui
ſunt Chriſti, carnem ſuam cum vitijs & concu-
piſcentijs crucifigunt. IV. Durus eſt sermo iſte,
quis iuuenum poteſt eum audire, ac adimplere?
Quis ſic refrenare pōt ſeip̄m, quum naturale
homini liberꝝ eſſe, ac libertate gaudere? SE. D
Gregori. orum tibi optio datur, Aut temporaliter atq́
naliter nunc gaudere cum ſeculo, & poſt vitam
hanc breuem dānari, & puniri æternaliter in in
Mat. 11 ferno. Aut certe in vita hac, per arctam viā ſa
tis incedere, & de culpis p̄tis pœnitere: ſicq́ p
vitæ huius curriculum æternæ beatitudinis co
qui brauium. IV. Grauis conditio, atq́ horrib
verbum: & tamen inter hæc duo medium eē n
detur. Quod ſi non eſſet, quis non potius eligere
tpaliter pœnitere in tota hac vita, q̃ poſt eā ſu
tiri æterna ſupplicia? SE. Quod eſt medium illu
Hierony quum dicat Hieron. Impoſſibile eſt iam gaude
re cum mūdo, & poſtea regnare cum Chro. Im
Luc. 13 quum proteſtet̄ veritas ipſa, Niſi pœnitentiā eg
ritis, oēs ſimul peribitis. IV. Veritas nō dixit N
ſi pniam egeritis in iuuentute, peribitis: ſed, N
pniam, inquit, egeritis, ſubintelligendum eſt
terna

ce terminum huius vitæ, peribitis. Et quod affirmat Hieronymus, Impoſſibile eẽ iam gaudere cum mundo, & poſtea regnare cum Chriſto, Sic reor intelligendum, ꝙ impoſſibile ſit toto huius vitæ tempore gloriari cum ſeculo, et poſt vitam hanc beatificari in deo. Verum poteſt contingere, imo contingit quotidie, vt aliquis in iuuentute in delitijs conuerſatus, libertateq; propria ad libitum vſus in ſenio conuertatur. Inſuper creditur frequenter accidere, vt aliquis in iuuẽtute ac ſenectute conuerſatus inique, in ipſo mortis articulo pœniteat ac ſaluetur. Nõne in extremis plurimi conuertuntur? Et certe vbicunq; ceciderit lignum, ibi erit: ſiue ad auſtrum, ſiue ad aquilonẽ. Quis tam enormiter videtur peccaſſe, etiã in tota ſua iuuẽtute, ſicut Manaſſes rex Iuda: qui tñ in ſenectute vere pœnituit. SE. Satis abundas in verbis & in acumine intellectus, imo & in ſcripturis: ſed vtinam omnibus his ſalubrius vtereris. Hinc frequẽter contingit, vt difficilius ſit cõuertere ingenioſos ac literatos, atq; prudentes ſeculi huius: q̃ ideotas ac ſimplices. Ad quod inſinuãdum dixit Apl's, Videte vocationem vr̃am fratres, quia non multi ſapientes ſecundũ carnẽ, nõ multi potentes, nõ multi nobiles ſunt int' vos: ſed q̃ ſtulta ſunt mundi elegit deus, ut confundat ſapientes. Hoc ipſum et ipſemet Chr̃s inſinuauit dicendo: Cõfiteor tibi pr̃ dñe cæli & terræ, quia abſcõdiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. i. humilibus. Itaq; multipliciter tibi perſuaſiſti, eſſe medium inter duo quorum tibi optionem propoſui: vt. ſ. homo in iuuentute ſua in concupiſcentijs viuat, & in ſenectute pœniteat: aut etiam toto ſuo ſanitatis tempore conuerſetur ad libitum, & pœniteat in extre-

Hierony.

Eccl's. 11.

2. paral. 33.

1. Cor. 1

Matthę. 11

mis. Hoc quoq; medium tuipſe eligiſſe videris
IVVENI. Fateor ita eſſe: præſertim quum(te-
Rom.5. ſte Apoſtolo) vbi abundauit iniquitas, ſupera-
Ezec.18 bundet & gratia: quum & per Ezechielem pro-
phetam loquutus ſit dominus, In quacunque ho-
ra impius egerit pœnitentiam, omnium iniqui-
tatum eius non recordabor amplius. SENIOR.
Quam periculoſum, damnoſum, et peruerſum ſit
iſtud, tibi monſtrabo.

### Quam periculoſum, impium, & dānoſum ſit pœnitentiam vſque ad tempus ægritudi- nis, aut ſenectutis differre.

Artic. II.

SENIOR.

De non differenda pœnitentia.

IN omni materia acquieſcēdum
prudentibus & expertis in ipſa ma-
teria. Quum ergo ipſemet domi-
noſter Ieſus Chriſtus, ſapientia D
patris, & magni conſilij angelus
vniuerſi ſancti ipſius apoſtoli et
Eſai.9 phetæ, ac cæteri ſancti doctores, hanc pœni-
tiæ dilationem omnino diſſuadeant, conco-
rer reprobent, ac vehementer condemnent
tum eſt, quod ſtultiſſimum & iniquum ſit, pœ-
tentiam ſic differre. IVVE. Vbi Chriſtus
Luc.12 probat eam? Nonne in Euangelio ait: Beati
ui, quos quum venerit dominus, inuenerit vi-
lantes: & ſi venerit in ſecūda vigilia, & ſi in
tia vigilia venerit & ita inuenerit, beati ſunt
ui illi. Ergo in quacunque ætate inuenerit ho-
nem præparatum ad mortem, beatus eſt ho-
quid ergo neceſſe eſt in iuuentute pœnitere, &
metipſum in arduis virtutum exercitijs cru-
re, ac pondus diei & æſtus tā diu portare: qu-

va-

valeat homo breui compẽdio adipiſci ſalutem?
Præterea in euangelica parabola loquitur Chri
ſtus, Quum ſero factum eſſet, dicit dominus vi-
neæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde il Matth.20
lis mercedem: incipiens a nouiſſimis vſq; ad pri
mos. Quum veniſſent ergo, qui circa vndecimã
horam venerant, acceperunt ſingulos denarios:
venientes autem primi arbitrati ſunt, quod plus
eſſent accepturi. Acceperunt autem & ipſi ſingu
los denarios, & accipientes murmurabant ad-
uerſus patremfamilias, dicentes: Hi nouiſſimi
vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui
portauimus pondus diei & æſtus. Quibus verbis
paulopoſt addidit dominus, Sic erunt nouiſſimi
primi, & primi nouiſſimi. Poteſt ergo accidere,
vt conuerſi in ſenectute æquales fiant in præmio
conuerſis in iuuentute. Imo, vt in Homelia ſcri-
bit Gregorius, quidã ſero conuerſi & de magnis Gregori⁹
ſibi ſceleribus conſcij, feruentiores fiunt innocen
tibus ac mane conuerſis. Atq;, vt aſſerit Augu- Auguſti.
ſtinus, non diuturnitas temporis, non numeroſi-
tas operis: ſed maior charitas, meliorq; volũtas,
præmiantur a domino. Non ergo oportet ad a-
gendum pœnitentiam feſtinare. Denique quum
ſit valde difficile in vijs iuſticiæ diu perſeuerare,
periculoſum apparet in iuuentute cõuerti: quum
iuuentus habeat multa ac magna incitamenta
peccandi atq; recidiuandi: conſultius ergo vide
tur ad ſenectutem, vel ęgritudinem, conuerſionẽ
pœnitentiamq; differre: quatenus cor tunc tan-
to ardentius ac feſtinantius et perſeuerãtius con
uertatur ad dominum, quanto vidit ſibi de pro-
pinquo maius imminere periculũ, ac minus ſu-
pereſſe de tẽpore: quemadmodum cernimus in

quibuſdam reis & criminoſis & morti adiudica
Soluuntur obiecta de differēda pnia — tis, quod pœnitent vehementer. SE. Audi me fi
li, & diuinam ſcripturam ſane intellige: noli e
verbis veritatis fabricare arma iniquitatis, no
abuti eloquijs ſpiritus ſancti, noli decipere tem
ipſum. Cur pedibus tuis expandis rete damna
onis, cur laqueis perditiōis teipſum innectis. P
ro quod in præinducta argumentatione abu
ſis verbis ſcripturæ, eliciendo & concludendo
ſermonibus Chriſti id quod intentioni Chriſti
recte contrarium eſt, nunc tibi ex verbis dom
Matth. 24 noſtri Ieſu Chriſti oſtendam. Certe in euange
loquutus eſt, Vigilate, quia neſcitis qua hora
minus veſter venturus ſit. In quibus verbis ſi
te intelligis exhortatur, vt indeſinenter & ab
dilatione vigilemus, hoc eſt, cuſtoditi ſimus,
que ad mortem diſpoſiti: quoniam inceſſante
mus incerti, quando viſitandi ſimus a Chriſt
mortem, ac particulare iudicium, quum inſ
tum extet periculum inueniri imparatum. H
Matth. 25. alibi apertius monet, Vigilate, quia neſcitis
em, neque horam. Quolibet ergo die & in
nenter ſic cōuerſari tenemur, quaſi moritur
cunque die. Hinc apud Marcum ait decimo
tio, Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim q
do tempus ſit. Eodem quoq; capitulo rurſus h
tatur, ac iubet: Vigilate, neſcitis enim qua
dominus veniat, ſero, an media nocte, an g
cantu, an mane: ne quum venerit repente, in
niat vos dormientes, id eſt, torpore vitiorum
Luc. 12. preſſos. Inſuper præcipit, Sint lumbi veſtri p
cincti, & lucernæ ardētes in manibus veſtris,
vos ſimiles eſtote hoībus expectantibus dñ
um, qñ reuertatur a nuptijs: vt quum veneri

pulſa

pulſauerit,confeſtim aperiant ei. Hoc autem ſci
tote,quum ſi ſciret pr̄familias qua hora fur veni
ret: vigilaret vtiq́;,& nō ſineret perfodi domum
ſuam. Et vos eſtote parati, quia qua hora non
putatis,filius hominis veniet. In quibus vtique
verbis vult nos indeſinenter omni hora eſſe pa-
ratos ad vitandū æternę damnationis periculū:
quia hora,qua nō putamus,perhibet ſe uenturū:
tā ad particulare noſtrū iudiciū, q̄d in morte agi
tur ſingulorū:q̄ ad vniuerſale iudicium. Ampli-
us pœnitentiam &conuerſionē differre,nō eſt ali
ud q̄ in peccatis manere, alios ſcandalizare,car
naliter viuere: quod quam damnabile ſit,domi
nus pandit,ita loquens apud Matthæum, Si di- Matth. 24
xerit ſeruus malus in corde ſuo dicens, morā fa- Luc.12
cit dn̄s meus venire:& cœperit percutere pueros
& ancillas,& edere & bibere & inebriari:veni
et dominus ſerui illius in die qua nō ſperat,& ho
ra qua neſcit,& diuidet eū (.i.ab electorum gre
gre ac præmio ſeparabit) & partem eius cum in
fidelibus et hypocritis ponet.I V.Satis probaſti,
vtile eſſe ac tutius ſine dilatione conuerti ac pœ
nitere: non tamen quod ſit neceſſarium ad ſalu-
tem,nec cæteris meis ſatisfeciſti inſtantijs.SEN.
Inſtantię tuæ innumerabiles decipiunt homines,
qui ſub ſpe pœnitendi in poſterum, manēt in vi-
tijs differunt q́; conuerti.Etenī quo diutius in vi-
tijs perſeuerant,&plus habituantur,radicant,et Miſere im
aſſueſiunt in eis: ſicque mole vitioſæ ac peſſimæ ponit dif-
conſuetudinis opprimuntur,vt vix queant con- ferentibus
ſurgere: atque per hoc quotidie ineptiores ad cō- pn̄iam
uerſionē redduntur,& vix vnq̄ veraciter pœni-
tent.Et q̄uis quidam talium tandē aliqn̄,vľ in ſe
nio,vel t pe ægritudinis,conuertātur: hoc tamen
reſpectu, & comparatione aliorum pauciſſimis
da-

datur, minimeque conſultum eſt ſe periculo hu
committere, in quo tam pauci euadunt. Quis a
deat ire per iter, in q̃ uix vnus de centum euad
IVVE. Nonne in extremis vſq; ad vltimum
tæ ſuæ momentum poteſt vnuſquiſque pœnit
mortalium: & quis tã amens, qui videns ſe p
tinus moriturum, nõ de ſuis pœniteat culpis? A
non vides, ꝙ Chriſtiani quantumlibet mali
men dum putant ſe morituros, confitentur a
eccleſiaſtica ſuſcipiũt ſacr̄a: quod niſi de ſuis
lerent peccatis, non facerent. Certe tales ſunt
numerabiles, quibus (ni fallor) ſpem remedi
que ſalutis nõ audebis negare: alioquin hom
ad deſperationem induces. SEN. Verba ſu
Auguſti. Auguſtini dicentis, Qui dum ſani ſunt pœnit
& ſe emendant, ſecure hinc exeunt. (id eſt, ſ
briter moriuntur) qui autẽ tunc pœnitent, q
do diutius ſe viuere poſſe non putant, an ſ
hinc exeant ego non ſum ſecurus. Et hoc lo
tur Auguſtinus, non ꝙ dubitauerit an tales
tur, dummodo ex vera pœniteant contriti
decedant in ea: ſed quia pauciſſimi talium
habent contritionem, & confitentur ex co
tudine quadam eccleſiæ, aut ex ſeruili tim
ſtrictionis diuini iudicij, atq; æterni ſupplic
Sine charitate nihil proficit ad ſalutem
ex vero zelo iuſticiæ, charitateq; dei: ſine q
hil proficit ad ſalutẽ. Denique huius rei ſa
babile ſignum eſt, ꝙ ſi viderent ſe diutius
re poſſe, non confiterentur, nec a ſolitis relip
rent culpis: ideo non amore boni, ſed timor
li ad huiuſmodi pœnitẽtiam inducuntur: q
uis ex ſpeciali gratia omnipotentis queat
dere, vt pœniteant vere. Idcirco nec deſp
dum affirmo, ſed periculoſiſſimum eſſe pro

pœnitentiam ſic differre. Priuilegia quoque pau corum non faciunt legem. At vero tempore ma gnæ ęgritudinis, & præſertim tēpore mortis, na tura infirmantis ita debilitatur, interioreſq; ſen ſus tam dire grauantur, & ratio tam grauiter of fuſcatur: ut difficillimum ſit tunc veram habere deuotionem, ſalubrem contritionem, perſeueran tiamq; finalem, ſine valde ſpeciali gratia dei: q̄ illis tunc datur, qui eam tempore ſuæ incolumi tatis promeruerunt: qui autem dum ſani & for tes ſunt, & apti ad dei obſequium, deum creato rem ſuum paruipendunt ac deſerunt: in hora ne ceſſitatis extremæ ab ipſo relinqui merentur. Ad de q; in extremis agonizantes tam acriter a dæ monibus impugnantur, vt etiamſi virtuoſe iam ante fuerint conuerſati, abſq; præcipuo dei auxi lio nequeant præualere. Atq; vt ſanctus vir Cli machus ſcribit, dæmones qui peccatoribus ad huc ſanis fallaciter perſuadent, peccata non eſſe ita enormia ſicut fertur: deum quoque miſericor diſſimum eſſe, & omni momento etiam in extre mis paratum ad indulgendum: tempore mortis econtrario oſtendunt agonizanti, quam multa & enormia fuerint eius peccata, quanta fuerit ſua ingratitudo, quam infinita ſit iuſticia dei, & quam horrendum ſit in manus eius incidere: ſic que infelicem inducunt ad deſperandum, niſi for ſan ſuccurrat omnipotens: qui tunc eos non dere liquit, qui in ſua iuuentute ac ſanitate ei fideliter ſeruierunt. Poſtremo couuerſionem pœnitentiaq; differre, eſt tempus non ſolum infructuoſe imo et uitioſe expendere, ſpiritalia lucra negligere, hoc eſt, profectum in omni gratia & virtute, in mul tiplicatione meritorum, in incremēto cæleſtium

Priuileg. paucorū legē non faciunt

Climac.

Tētatio morienti um periculoſa.

Hebræ. 10

Dilatio pniæ diſſuadetur poſtrēo

præ-

præmiorum, propriam animam vitijs lacera
dæmonibus deſeruire, deo altiſſimo prorſus ig
tum exiſtere: qui emendationẽ iniqui tam mi
Ezechie. 8 ricorditer præſtolatur, qui ei pro malis tot bo
largitur & ipſum ad meliora hortatur, qui i
pſo tã infinitæ eſt bonitatis ſanctitatis ac dig
tatis, ut ſolo eius amore debeamus ad honori
tiam & amorẽ eius allici & accendi. Hinc
Roma. 2. pniam differenti terribiliter ait Apl's, Exiſti
o hõ, qui impie agis, ꝙ tu effugies iudicium
An diuitias bonitatis, & patientiæ, & lõgan
tatis dei contemnis? Secundum duritiam a
am & impœnitens cor theſaurizas tibi iram
iuſtam ac dirã vltionẽ) in die iræ, & reuela
iuſti iudicij dei. IV. Præualuiſti mihi o ſene
Vñ fiat cõ vndiq; obſtruxiſti mihi os contradicendi: v
uerſionis tñ a cõuerſione et pnia indilata me retrahũ
difficultas pœnitẽdi in poſterꝝ, atq; penſatio immenſ
creatoris, amor q̊q; priſtinarꝝ ſolitarꝝq; vo
tũ, copia facultatũ, iucunda ſocietas, ſpeci
terrenorꝝ, pniẽ horror, difficultas et labor v
viuẽdi: q̃q̃ nõ negẽ periculũ eẽ in mora, &
pã in dilatione hac ipſa: in q̃bus tñ cõfido d
liori. Sed vehementer admiror, ꝙ dicis co
iuuẽtute ac tp̃e ſanitatis praue viuunt, tã
cos v̾e pœnitere in fine: in tñ vt vix crede
am iſtud. Idcirco, ſi placet, hoc per ſcriptur
exempla euidentius mihi demõſtres. SEN.
quid pro tua ſalute agere potero, agam
gaudio.

Declaratio p̃ ſcripturarꝝ teſtimonia &
empla, ꝙ pauciſſimi v̾e in fine vitæ p
teant, q̃ antea ſcelerate vixerunt.

Art. III.

## SENIOR.

SEcundo Machabæoꝝ narrat̃, quẽ- Male vi
admodum Antiochus rex ſupbus uere, &
ac impius, propter ſua facinora dire bñ mori
a deo plagatus eſt: in tm̃ ꝙ ex corpo rariſſ. eſt
re eius vermes ſcaturiebant, & car- 2. Mach. 9
nes eius excidebant & effluebant, atq; fœtore
ipſius totus grauabatur exercitus. Cumq; nec i-
pſe ſuũ poſſet ferre fœtorẽ, vexatione propria in-
formatus, & humiliatus ait, Iuſtũ eſt, ſubditũ eſ-
ſe deo, & mortalẽ nõ paria deo ſentire. Et ſubdit̃
ibi, Orabat aũt ſceleſtus dñm a quo nõ fuit miam
conſecuturus. Promiſit quoq; ꝙ ciuitatẽ Hieruſalẽ
faceret liberã: q̃ paulo ante minabat̃ ſe funditus
deſtructuꝝ: quod itẽ Iudæos ſimiles Athenienſib. fa
ceret, quos dixerat ſe occiſuꝝ, nec dignos ſepultura
habituꝝ: & quod templũ dei, a ſe antea ſpoliatum
optimis donis ornaret: ſctã quoq; vaſa multiplica-
ret, ſacrificiorumq; ſumptus pſtaret. Inſuper pro
miſit ſe Iudæum futurum, & ſacra loca pambu
latuꝝ, ac prædicatuꝝ dei potentiam: nec tñ con
ſecutus eſt veniam, ſed æternaliter condẽnatus:
vindicauitq; deus ſcelera eius in vita hac, & in Deus vin
inferno. IV. Hoc ſatis terribiliter ſonat, & deſpe dicat pec
rationẽ multis poſſet incutere: pſertim quod reco- cata hic
gnouit ſe a deo propter crimina ſua pcuſſum, & & in in-
emẽdationẽ promiſit, imo ꝙ gẽtilitate relicta le ferno.
gẽ dei aſſumpturus eſſet: nec tñ veniam eſt ade-
ptus, ſed in pñti atq; futuro punitus. Et vbi ẽ, quod
ait ſcriptura: Nõ vindicabit dñs bis in idipm eſt.
Et, nõ cõſurget duplex tribulatio SE. Tota illa ui Num. 1.
tioſi Antiochi pnia ex ſeruili proceſſit timore, ac
deſiderio ſanitatis recuperãdæ. Porro ſcript. q̃ al
legas itelligit̃, qñ p na vna ſufficit ꝓ culpę vin
dicta.

dicto, atq; dum reus pœnam illam ex vera co
tritione æquanimiter tolerat. IVVE. Si ali
quid ex ſcripturis occurrit ad idem probãdu
proſequere. SEN. Ad Hebræos proteſtatur Ap
ſtolus, Ne quis fornicator ſit, aut prophanus
Hebr. 12 Eſau, qui propter vnam eſcam vendidit prim
tiua ſua. Scitote enim quoniam & poſtea cu
hæreditare benedictionem, reprobatus eſt. N
enim inuenit pœnitentiæ locum, quãquam c
lachrymis inquiſiſſet eam. Præterea his qui
peſtiue renuunt deo ſeruire, ac tempore ſuæ an
Prouer. 1 ſtiæ clamant ad eum, dominus per Salomo
ita reſpondet: Quia vocaui, & renuiſtis: ext
manum meam, & non fuit qui aſpiceret: de
xiſtis omne conſiliũ meum, & increpation
as neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro
bo, & ſubſannabo cum vobis quod time
euenerit: quum irruerit repentina calamita
interitus quaſi tempeſtas ingruerit, quand
nerit ſuper vos tribulatio & anguſtia: tunc
cabunt me & non exaudiam, mane conſ
ad me & non inuenient me: eo ꝑ exoſam h
rint diſciplinam, & timorem domini non ſ
perunt, nec acquieuerunt conſilio meo. D
Gregori. ſanctus pater Gregorius in libris dialogo
citat de quibuſdã, qui in extremis dæmon
biliter conſpexerunt, aut alias territi vald
runt, atq; inducias petierũt unius diei hau
um quin deſiderio pœnitendi, qui & de ſui
bãt peccatis: nec tamen profuit eis. Multa
milia ex ſcripturis poſſem utiq; allegare
perſuadendum beniuole hæc reor ſufficere.
Matthæ. 7 O quam arcta eſt via ſalutis, & quam in
eſt pœnitentiam in finem differre, ac ſpe

uru

uturnioris perſeuerare in vitijs. Certe, vt cerno, multi ſpe vana fallunt ſeipſos. Et vtinam deus omnipotens oculo ſuæ pietatis immẽſæ immundum & infectum cor meum aſpiceret, ac vitioſos a me auferret affectus: ac ea quæ turpiter amo, & quæ male oblectant, in faſtidiũ mihi conuerteret. SEN. Paulatim proficitur, & ſucceſſiue longius itur: & quia peccata tua tibi incipiunt diſplicere, inuoca dominum, & inuocare nõ ceſſes. Fac quod in te eſt, acquieſce conſilio, et ea quæ ad deſtationem turpium voluptatum inducunt, attende. IV. Quænam ſint hæc, præcor te, tange.

Commemoratio horum, quæ ad turpium ac prauarum delectationũ, deteſtationem ac fugam inducunt.

Art. IIII.

SENIOR.

QVædam appetibilia reputãtur, quę tamen in faſtidiũ fugam ac odium conuertuntur: ſi bene conſiderentur, quæ ea cõcomitantur. Quemadmodum delectat aliquẽ ire ad loca amœna: ſed ſi loca illa ſint raptoribus atque latronibus plena, tædet & horret eum ipſa accedere: ſic voluptas carnis ſuo modo appetibilis eſt, verum ſi ea conſideres quæ eam ſequuntur, abhorrebis eandem. IV. Quæ ſunt illa? SE. Non ſolum æterna dãnatio in futuro: ſed & multiplex malum, tam culpæ quam pœnæ in præſenti. Nempe, vt ſcire potes, ad luxuriam vitia multa ſequuntur, imo & propter eam plurima fiunt mala. Nonne ex luxuria oriũtur excæcatio mentis, faſtidium diuinorum, inquietudo & incõſtan

Ad carnaliũ deteſtationẽ inducentia.

ria cordis, præcipitatio & inconſideratio me
tis, ſtultiloquia, ludicra, ſcurrilia, turpiloquia, c
ſumptio facultatum, eneruatio virium, odia,
tes, contentiones, diffamatio, immorigeratio
Denicꝫ quo maior eſt voluptas luxuriæ, & q
plura ac grauiora ei annexa ſunt vitia, eo in
rabilior æternæ damnationis punitio eam c
Apocal. 18 quitur: ſicut in Apocalypſi dominus loquitur
Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, t
tum date ei tormentum & luctum. Ecce q
breuis eſt delectatio fornicationis, ſed perp
eſt pœna fornicatoris: ideo recte aſſerit Au
Auguſti. nus, Qui pro tam breui voluptate dat dia
☞ animam ſuam, pro qua Chriſtus dedit ſe
Eſa. 50 in mortem ac precium & fudit ſanguinem
ſtultiſſimus eſt: aut fatuum mercatorem re
Chriſtum, Inſuper, quemadmodum & phi
phi quidam egregij faſſi ſunt, in uitijs carn
xima eſt turpitudo & inhoneſtas: ſuntque
illa prorſus brutalia atque viliſſima, & b
aſſimilant: imo incomparabiliter viliore
Innocen. deteriorem efficiunt hominem. Ideo Innoc
us recte dixit, O extrema libidinis turpitud
non ſolum mentem effœminat, ſed & corp
neruat: non ſolum maculat animam, ſed &
dat perſonam. Omne nanque peccatum q
1. Cor. 6 cunque fecerit homo, extra corpus ipſius e
autem fornicatur, peccat in corpus ſuum.
VENIS. Nonne delectatio illa eſt natura
ab autore naturæ rationabiliter inſtituta
Qñ libido peccatũ eſt, & qñ non go tam vitioſa. SENIOR. Prout a deo
ſtituta, nec vitioſa eſt, neque illicita: vt po
ut immiſta eſt actui coniugali, a recta vo
te mananti, Sed annexa actui venereo, a
la

uerſa voluntate diuino præcepto contraria procedenti, eſt vitioſa. IV. Si diſplicet deo illegittimus concubitus, cur deus perficit eum, infundendo animā fœtui ex concubitu tali concepto? SE. Actus ille, inq̄tum operatio potētiæ vegetatiuæ ac generatiuæ, a deo eſt: & complemētum ab eo ſortitur, uidelicet formam ſeu animam rationalem, non autem inquantum eſt actus voluntatis peruerſæ. IV. Nonne ſapientiſſimus Salomon dixit. Feci mihi cantatores & cantatrices, & delitias filiorum hominum: & omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, nō negaui eis: nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ paraueram. Itemq́, Nonne melius eſt, comedere & bibere, & oſ̄dere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis. Quis ita vorabit & delitijs affluet, vt ego? Et rurſus. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum, in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui. Ac iterum laudaui lętitiam: et ꝙ non eſſet homini bonū ſub ſole, niſi ꝙ comederet & biberet atq́ gauderet, & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo, in diebus vitæ, quos dedit ei deus ſub ſole. SE. Ex libro quodam Salomonis iā allegaſti, quæ lubricorū affectui magis deſeruire & fauere videntur: ſed verba in eodem libro contēta, & omniū iniquorum ac lubricorum vanitatē, voluptatem, ac impietatem reprobantia, non aduertiſti: aut ex propoſito ſubticuiſti. Noueris ergo ꝙ liber ille vocet̄ Eccleſiaſtes, id eſt, cōcionator: quo in libro loquitur Salomon inſtar concionatoris, in perſonis diuerſorum, & ad partem vtramq́: videlicet nunc in perſona carnaliū, iam in perſona ſapientium, virtuoſorūq́ hominum:

Eccles. 2. Ibidem Eccles. 11. Eccl's. 8. Nota admirabi[l]ē ſolutionē

quod etiam ex ṽbis eius apertiſſime innoteſ
Nam & autoritati, quam primo allegaſti, a
cit: Quumque me conuertiſſem ad vniuerſa o
Ecclẽs. 2 ra mea, vidi in omnibus vanitatem & afflic
nem animi, & nihil permanere ſub ſole. Po
Eodem cundæ autoritati adiecit, homini bono ded
us ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam: pe
tori autem dedit afflictionem, & curam ſup
Eccſs. 11 am. Tertiæ quoque autoritati mox addidit S
to, ꝙ pro omnibus his adducet te deus in iud
Ibidem. 12 um. Aufer iram a corde tuo, & amoue mali
a carne tua. Adoleſcentia enim & volupta
na ſunt. Præterea ꝙ verba illa, lætare iuue
adoleſcentia tua, &c. non dixerit eo ſenſu q
legaſti, conſtat ex hoc q̃d eodem loquitur li
Ibid. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis
anteq̃ veniat tẽpus afflictionis tuæ: & app
Ibidem. 8. quent anni, de quibus dicas, Non mihi pl
Similiter quo ſenſu dixerat, laudaui lætitiã
non eſſet bonum homini, niſi quod comede
biberet atque gauderet, eluceſcit ex eo, qu
Ibidem. 7 eodem codice dixit, Melius eſt ire ad domu
ctus, quam ad domum cõuiuij: in illa enim
cunctorum ammonetur hominum, & viuen
Ibidem. 2 gitat quid futurꝫ ſit. Itemque, Dixi in corde m
vadam & effluam delitijs, & fruar bonis, &
Ibidem. di quod hoc quoque eſſet vanitas. Riſum re
taui errorem, & gaudio dixi: Quid fruſtra d
peris? Et denuo, Cor ſapientũ, vbi triſtitia, &
Ibidem. 7 ſtultorum, vbi lætitia. Quod autem pœnite
virtuoſaque vita non ſint differenda, ſed ind
te ac iugiter exercenda, Salomon conteſtat
Ibidem. 9. Quodcunqꝫ, inquiens, poteſt facere manus tu
ſtanter operare; quia nec opus, nec ratio, ne
pien

pientia,nec ſcientia,erunt apud inferos. IVV. Obiectionibus meis ſapienter,atque pleniſſime rñdiſti:niſi quod ipſemet Salomon delitijs carnis ſe totum expoſuit.SE.De hoc ſcriptura eum acri ter reprehendit. Imo ex vitio illo ad tantam deuenit dementia,vt idola coluerit:ne ſuas contriſtaret delitias. Ex hoc ergo nõ datur hominibus licentia laſciuiendi,ſed cautela vitandi.IV.Ecce Dauid vir ſanctus, præter ſex vxores legittimas,legitur decem habuiſſe concubinas. Conformiter in Geneſi recitatur, quod Abraham filijs concubinarum ſuarum largitus eſt munera. Si ergo tales ac tanti viri, prophetæ, patriarchæ non ſolum plures habuerunt vxores, ſed multas etiam cõcubinas: cur ſimplicem fornicationem in tantum condemnas? SE. Ad hæc tibi ſequenti articulo reſpondebo.

3.Reg.11 — 2.Reg.15 — Gen.25

Quã enorme crimen ſit adulterium:& qualiter intelligẽdum ſit, quod aliqui ſancti in veteri teſtamento, ac lege naturę, leguntur concubinas habuiſſe.

Art. V.

SENIOR.

QVamuis actus coniugalis abſq; peccato fieri queat, dum in ipſo non intenditur voluptas: ſed proles ad dei obſequium educanda, aut perſolutio debiti carnis, vel euitatio incontinentiæ in cõthorali: multi tamen abutunť con nubio, et ſuas accedunt vxores: non maritali, ſed adulterino affectu, hoc eſt, concupiſcentia prędominante: voluptatem quærentes etiam extra limites ipſius coniugij: qui in hoc peccant mortaliter, quum ſanctus dicat Hierony. Omnis ama-

Quo pacto actus cõiugij ſine peccato, & nõ raro cum mortali pctõ fiat

Hieron.

tor feruẽtior eſt adulter. Hic ſua voluptate & ca
nalitate, ſic excæcant̃ & indurãtur, ꝙ legitim
non ſunt contenti vxoribus: ſed vagam exerc
luxuriam, iam cum ſolutis, iam cum marita
perſonis, imo interdum cum perſonis religioſ
Deniq; quorundam talium, tanta eſt peruerſi
vt cum uxores habeant formoſas, bonas, au
etiam nobiles, quibus ſine peccato poſſint vti
hilominus illis contemptis, potius delectẽtur
pibus ac uilibus, ſeu alijs quibuſlibet puellis
fœminis cõmiſceri, quorum iniquitas ineffabi
ter eſt enormis, nec vllam excuſationem ad
tit. IV. Videtur tibi adulterium eſſe tã graue
lus, vt tangis? SE. Iam dixi, & iterum dico, e
tio: ꝙ ineffabiliter ſit enorme, & inter pecc
quæ fiunt in proximum, poſt homicidium e
grauioribus vnũ. IV. O horribile verbũ, cũ
ti tam leui occaſione illud committant. Sed
quæſo, cauſas tantę enormitatis expone. SE.
adulterio primo, eſt violatio voti fidelitatis
coniugati ſibi inuicem in contractione conn
promiſerunt. Porro violatio voti, ſecundum
ctores grauius crimen eſt, q̃ periurij ſcelus. Se
do in adulterio, maxima eſt inhonoratio & c
temptus ſacramenti matrimonij, q̃d ipſemet
us in exordio mundi inſtituit, in innocentiæ
tu atq; paradiſo. Tãti autẽ iniuriatio ſacram
ti nõ caret grandi contumelia dei. Tertio, in
ulterio eſt furtum, dum maritus propriæ con
aufert ſuum corpus, & ſemen corporis ſui, q
coniugis ſuæ eſt & ei debetur, cum dicat Apo
lus. Vir poteſtatem corporis ſui non habet,
mulier. Quarto in adulterio eſt, rapina, dum
manifeſte adulterium agit : imo in adul

frequẽ

*Adulterij delictũ graue eſt propter nouem.*

*1. Cor. 7*

frequenter eſt duplex furtum, aut duplex rapina.
vt cum vxoratus cum vxore alterius viri pec-
cat: tunc enim ſuæ vxori aufert ſuum corpus, ma
riti quoq; vxoris quam fœdat, aufert corpus v-
xoris illius. Quinto in adulterio eſt, ſacrilegium,
id eſt abuſus rei ſacræ. Cõiugati quippe in ſua de
ſponſatione ſolemniter ab eccleſia benedicũtur,
eorumq; corpora conſecrantur ad prolificandũ
deo, vt ſobolem generent, in qua fides & cultus
dei conſeruentur, idcirco dum adulterio polluun
tur, ſuis corporibus ſacrilege abutuntur. Sexto in
adulterio, maxima fit iniuria proximo, cuius
vxor contaminatur, quod tam viro illi, q̃ ſoboli
eius eſt valde iniurioſum & confuſiuũ. Sicq; ad-
ulterium eſt iuri naturali valde contrarium. Na-
turalis etenim iuris præceptum eſt: Quod tibi nõ
vis fieri, non facias alteri. Adulter enim nequa-
quam vult coniugem ſuam ab alio inquinari, i-
mo multi potius vſq; ad mortem reſiſterent, quã
hoc ipſum permitterent. Septimo in adulterio eſt
origo exhæridãdi verã ſobolẽ propria portione,
dũ ad filiũ illegittimũ deuoluit̃ hæreditas, legitti
mę debita proli. Et dato, ꝙ ex adulterio ſoboles
nõ naſcat̃, adulterãs tñ tãto periculoſe cõmittit Deute. 22
Pręterea tãta eſt grauitas huius facinoris, ꝙ pro Num. 5
eo iuſſit dñs in vete. teſt. mortẽ infligi. In ſacrifi-
cio q̃q; zelotypię dicebat̃ vxori de adultero ſu-
ſpectæ. Si concubuiſti cũ adultero viro, his male
dictionibus ſubiacebis, det te dominus in male-
dictionem, exemplumq; cunctorum in populo
ſuo, putreſcere faciat ſemen tuum, & tumens v-
terus tuus dirumpatur. Ingrediantur aquæ ma-
ledictæ in ventrem tuum. Amplius cum Da-
uid rex DEI ſui oblitus, adulterium perpe- 2. Re. 12

 traſſet

traſſet, dominus dixit ad eum: Non receder gla-
dius de domo tua, (id eſt, de ſobole & poſterita-
te tua) vſq; in ſempiternum: eo ꝙ deſpexeris me
& tuleris vxorem Vriæ Cethæi. Ecce ego ſuſci-
tabo ſuper te malum de domo tua, & tollã v-
xores tuas: & dabo eas proximo tuo, & dorm-
et cum vxoribus tuis. Hoc autem dicitur deus
ciſſe, quia iuſto iudicio permiſit hoc fieri: quem-
Exod.10 admodum Pharaonem dicitur induraſſe. V
elicitur, ꝙ qui aliorum cognoſcunt vxores,
promerentur vt ipſorum quoque coniuges c
ſtuprentur. Poſtremo quidam gentiles, ſicut A-
gyptij, intantum abhorruerunt adulteriũq;
xerunt illud homicidio grauius eſſe: vt aliqu
poſitores ſcripturæ fatentur exponentes, quod
Geneſi recitatur, Cum prope eſſet, ut Abrah
ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai vxori
Noui ꝙ pulchra ſis mulier, & ꝙ quũ te vide
Aegyptij, dicturi ſunt, uxor illius eſt, interfici
me, & te reſeruabunt. Dic ergo obſecro, ꝙ ſo
mea ſis, vt bene ſit mihi. I V. Nimis grauas,
magnificas adulterij culpam, & forſan vt t
reas ac reuoces homines inde. Sed non app
tam graue, vt aſſeris, & forſitan tropice, ac h
perbolice loqueris. SE. O male fili, adhuc im
natio tua infecta eſt: & ad tantum ſcelus in
nat te: ſed audi quid ſanctus Iob in lege na
locutus ſit: Si deceptum eſt (inquit) cor meum
per muliere, & ſi ad oſtium amici mei inſid
tus ſum ſcortum, ſit alterius vxor mea, & ſu
illam incuruentur alij, hoc enim nephas eſt, &
iquitas maxima. Ignis eſt vſq; ad perditione
deuorans, & oĩa eradicans genimina. IV. Si
eſt, cur ſancta ſcriptura affirmat præfatos

Adulterium homicidio grauius.

Gene.12.

Iob.31.

patriarchas Abraham, Iacob & Dauid, habu Gene.16.
iſſe concubinas? SE. Qualiter intelligendum ſit 2.Re.15.
hoc, ipſa ſcriptura non tacet: quoniam concubi
nas illas interdum vocat vxores, aliquādo con
cubinas, quoniam erant vxores ſecundariæ, mi
nusq́ principales: quæ iuxta modum loquendi
in veteri teſtamento, concubinæ vocantur. Nem
pe q̄ Abraham legitur filijs concubinarū mu-
nera præſtitiſſe, exponit̄ de filijs Agar & Che- Gene.16
turæ: quæ tamen ab aliquibus vna fuiſſe mulier
aſſerūtur: ipſaq́ Agar in Geneſi vxor Abrahę
appellatur. In eodem quoq́ Geneſeos libro nar
ratur. Abraham aliam duxit vxorem, nomine
Cethuram. Idem patet in Gen. de Celpha & Ba Ibidem.16
la, quæ interdum vxores, aliquando concubinæ
ipſius Iacob ibi vocantur. Denique q̄ de vxori- Idem.25.
bus Dauid dominus dixit, tollam vxores tuas 2.reg.12.
& dabo eas proximo tuo: certū eſt de decem cō-
cubinis Dauid intelligi, prout ſecundo regū de-
ſcribitur. IV. Cur ſanctus vir ille voluit tot vxo- Cur an-
res habere, q̄ non videtur iunioribus exempla- tiqui iu-
re. SE. tēpore legis Moſaicæ cultus veri dei qua- ſti tot le-
ſi in ſola Iſrahelitica viguit plebe, in qua per ge gant̄ ha
nerationem carnalem conſeruabatur: ideo deſi- buiſſe v-
derio ſobolis ad dei obſequium educādæ, nō vo xores.
luptatis affectu, Dauid tot coniuges ſumpſit: q-
bus & moderanter eſt vſus: nocturnis tempori-
bus lachrymis compunctionis magis, quam laſci
uijs vacans: ſicut in Pſalmo teſtatur, Laboraui
in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectū
meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.
Quocirca ait Chryſoſtom. Summus rex erat qui
iſta dicebat, ſummus rex erat qui iſta faciebat.
IV. Ecce inſtructionibus & exhortationibus tuis

obtemperare deſidero, ſed retrahit praua conſue-
tudo: & quamuis ratio deprecetur & conetur ad
optima, atq; ſynderis remurmuret malo, conſci-
entia quoq; remordeat, paſſiones tamen fortes
ſunt valde, & caro infirma, ſenſualitaſq; in cli-
fomes etiam, & lex peccati regnans in membr
Rom.7. ſtimulare non ceſſant. Obiecta item alliciunt, ſo-
cietas trahit, dæmones tentant, & ſanguis ca-
lidus. Quid in tot impugnationibus ac incitam-
tis peccandi facturus eſt miſerabilis adoleſcens
2.Re.6 aut iuuenis? SE. Plures & fortiores nobiſcū ſunt
Num .14. quam contra nos: imo omnipotens eſt, qui pa-
tiſſimus eſt ad ſe confugientes, in ſe ſperantes,
um auxilium inuocantes, iuuare, confortare, de-
fendere, qui & angelis ſuis mandauit de nobis
per ſcripturas, ac ſuos miniſtros nos inſtruit,
ta & efficacia præbens ac docens remedia
tra vitia carnis. IV. Tange o ſenex, tange et
ce me remedia iſta. SE. Sic agam.

## De multis remedijs contra vitia carnis.
## Art. VI.

SENEX.

Cõtra vitia carnis remedia.

SIcut conſuetudo paulatim contrahi-
tur, ita paulatim expellitur, non ſi-
ne conatu, & præſertim cum adiu-
torio dei. Primum ergo remedium con-
tra vitia carnis eſt, propriam fragi-
litatem ac pronitatem ad vitia co-
ram deo humiliter ac frequenter cognoſcere,
dei ſubſidium ad præualendum his vitijs fide-
ter, atq; aſſidue inuocare: & etiam ſanctos,
& potiſſimum glorioſiſſimam ac mūdiſſimam
dei

dei matrem, & eos ad quos quis maiorem deuo
tionem & confidentiam habet, ac proprium an
gelum ſanctum, Secundum eſt, ſeipſum auertere
a conſideratione, imaginatione, inſpectione, ac
recordatione delectabilium delectationūq; car
nis, & carnalium operum. Omnis nanq; appeti
tio ex præuia aliqua apprehenſione ſeu cogniti
one procedit: cum obiectum appetitus ſit bonū
cognitum, quod enim omnino incognitum eſt,
nequaquam appetitur. IV. Quomodo poteſt ſe
homo ab horum apprehenſione & recordatio-
ne auertere, quæ oculis carnis ac cordis indeſinē
ter occurrunt, ac præſentantur? SE. hoc facere po
teſt ac debet, conuertendo conſiderationē ſui cor
dis ad ſalubria ac diuina. Nonne Dauid rex di- Pſalm. 24
xit, Oculi mei ſemper ad dominum. Et ſanctus
Iob: Conſiderans, inquit, deum timore ſolicitor. Iob. 23
Tertium remedium valde idoneum eſt, ſeipſum
quotidie, imo multociens omni die, diligenter ex
ercere in præcordiali & compaſſiua meditatiōe
amariſſimæ paſſionis domini noſtri Ieſu Chriſti
quæ ſi ſic conſideretur, omnis immunda ac fœ-
da ac vilis voluptas, in nauſeam vertitur: Idcir-
co meditatio paſſionis Chriſti tunc eſt protinus
aſſumenda, dum oriri incipit in corde tentatio,
aut recordatio impura, venerea. Quartum reme
dium eſt, profunde & frequenter attendere pro-
pria metuenda nouiſſima, hoc eſt, mortis acer-
bitatem, incertitudinem, periculoſitatem, & ap-
proximationem: diſtrictionem quoque diuini iu Hebræo. 1.
diciȷ̃, & quam horrendum ſit incidere in manus
dei viuentis: intolerabilia etiā tormenta inferni,
quæ tāto acrius punient lubricum, q̄ intenſius in
rebus immundis & actibus delectat̄ obſcœnis.

Quin

Quintum remediũ eſt, vilitatem carnal
vitiorum, & mala eis annexa, ac quantum n
ceant homini, vigilanter conſiderare: & de h
dictum eſt præcedenti capitulo. Verũtamen h
mini adhuc prono ad talia, non expedit tal
conſiderationi diu inſiſtere: quia ex hoc mag
citaretur ad ea. Sextum remedium eſt, occa
nes & incitamenta horum vitiorum vitare, q
ſunt moroſi & incauti mulierum aſpectus, fa
liaritates, munuſcula, confabulationes, loca ſ
taria & ſecreta cum fœminis, attactus amp
xus & oſcula, ocium, praua conſortia, immo
rata repletio ventris: præſertim ex calidis c
ac potibus: amatoriæ cantilinæ, turpiloquia,
Eccle. 9. muſica quędam, hinc ait ſcriptura, Virgine
conſpicias, ne ſcandalizeris in decorę eius. N
Eodem circunſpicere in vicis ciuitatis, Auerte faci
am a muliere compta, propter ſpeciem mul
multi perierunt. Septimum remedium eſt,
Hierony tenta & honeſta occupatio circa bona. V
Hieronymus dixit, Ama ſtudium ſcripturar
& carnis vitia non amabis. Octauum eſt, c
ſideratio p̄ſentiæ ſummi & ſancti dei, cuius p
ſentia atq; inſpectio merito retraheret hom
ab omni peccato: præſertim a tam turpibus
pis, imo etiam præſentia proprij angeli ſanc
IV. Fateor, ꝙ qui his remedijs vteretur, & p
fato modo ſe exerceret in meditationibus a
buſq; prætactis, vitia iſta contemneret. SE. L
borare oportet. Et ſi pro corporali ſanitate re
peranda, pro tp̄ali lucro homines tot & tãta
gunt ac patiuntur: cur pro animarum curatio
pro euadenda æterna damnatione, pro adep
ne gratiæ ac virtutũ, & pro æterna felicitate
bora

borare & aliquid pati piget? IVVE. Ora pro me, quia ad iſta me dare propono: & fœda corporis inquinamenta vitare. Veruntamen diuitias mundi relinquere nondum paratus ſum.

Exhortatio ad cupiditatem vitandam.

Arti. VII.

SEN.

ADuertere debes o iuuenis, quod temporalia & corporalia bona ordinãtur ad bona ſpiritualia & diuina: ſicut medicina ad ſanitatem, & ſicut media ad finem. Ideo ſicut medicina nocet ac lædit, debilitat & occidit, ſi abundantius accipiatur quam ad ſanitatem requiritur: ſic temporalia bona ſi plus appetantur, congregentur, aut reſeruentur, quam neceſſarium aut utile eſt ad virtuoſe uiuendum, ad proficiendum in gratia atque virtutibus, ad obtinendum ſalutem æternam: culpa eſt & ſuperfluitas, quę auaritia nuncupatur, id eſt, inordinatus amor temporalium rerum. Ideo dixit apoſtolus, Habentes victum, & qbus tegamur, his cõtenti ſimus. IVVE. Certe ex terrenis diuitijs conſequitur homo commoda multa, prouiſionem ſecuram, lautam refectionem, honorẽ, famam, & dignitatem. SE. Non vides quod lauta refectio, promotio ad honores, reputatio hominum, precioſus veſtitus, abundans prouiſio pro hac vita, ſunt inſtrumenta peccandi, periclitatio animarum, occaſio vitiorum, origo ſuperbiæ, otij cauſa, materiæ gulæ, fomẽtum luxuriæ, impedimentum ſpiritalis amoris. Propter quod dixit apoſtolus, Radix omnium malorum eſt cupiditas. Itẽque, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem

Auaritia reprehenditur.

i.Timot.6

Eodem

Eodem

onem

onem, & laqueum diaboli, & in deſideria m
ta, inutilia, & nociua: quæ mergunt homines
interitum, & perditionem. Hinc ait Chryſoſt
Chryſoſt mus, Diuitiarum ſequela ſunt gula, luxuria,
intemperata, furor iniuſtus, arrogantia, ſup
Innocen. bia, & omnis rationabilis motus. Innocen
quoque, Diues, inquit, in ſuperfluitatem reſo
tur, iactantia effrenatur, currit ad libitum, c
ruit ad illicitum. I V V. Nonne hæreditatem p
rentum meorum poſſum ſine peccato poſſide
Nonne multi diuites iuſti fuerunt, & ſancti?
Ioh.3.12.19 ne Chriſtus diuites habuit quoſdam diſcipu
Matt.15. Nicodemum, & Ioſeph ab Aromathia, La
rum, & eius ſorores, Iohãnam, Suſannam, &
1. Timo.4. os vtriuſque ſexus nonnullos? Nonne omn
atura dei eſt bona? Cur ergo contemnis d
as? SENEX. Si bene aduertiſti, non dam
uitias, nec omnes diuites dico iniuſtos: ſed
tiarum abuſum, cupiditatem, tenaciam: id
firmo, quod pauciſſimi ſunt qui eis non abu
tur, ideoque periculoſum ſit eas habere: n
tra, quam vtiles aut neceſſariæ ſunt ad ſpi
bona, licet eas appetere. IVVENIS. N
multa poſſunt aduerſa & damna ac peric
mini euenire, propter quod prouidentiæ eſ
detur congregare & reſeruare diuitias: p
tim quum in ſenectute pluribus indigeat h
Matt.6.11 SENEX, Dominus noſter Ieſus Chriſtus p
23. mnem Euangelij textum nos docuit, Deu
Mar.11 tiſſimum patrem vocare, vt in ipſo filialem
Luc.12. fidentiam habeamus, atque ſuperfluam
Iohan.16. temporalia ſolicitudinem aſpernemur: ne
pter incertos futurorum euentus aduerſos

rizemus: quum & bruta paſcat, & inanimata
ſeruet, atque gubernet deus. Hinc etenim ait, Ne
ſoliciti ſitis, quid manducetis neque quid indua- Matth. 6.
mini: reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſe-
runt neque metunt: & pater veſter cæleſtis pa-
ſcit ea, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum. Itemque, Eodem
Nolite theſaurizare in terra. IVVENIS. Si
non licet ſolicitum eſſe in craſtinum, non licebit
fructus terræ congregare in horreum. SENEX.
Per craſtinum intelligitur tempus futurum. IV-
VENIS. Vſque in quantum tempus licitum eſt
ſibi prouidere de neceſſarijs vitæ? SENEX. Di
cunt quidam famoſi doctores, quod pro vno an
no. IVVENIS. Adhuc intelligere nequeo, cur
non liceat diuitias poſſidere ac conſeruare, niſi ſe
cundum menſuram quam præfixiſti, vtpote pro
ut vtiles aut neceſſariæ ſunt ad ſpiritalia bona:
quum poſſideantur titulo iuſto, & ex ſucceſſione
legittima, & multa opera bona fieri poſſunt ex
ipſis. SENEX. Omnia temporalia & terrena
ſunt dona dei, conceſſa hominibus ad bene & or
dinate vtendum: ita quod homines magis ſunt
diſpenſatores diuitiarum, quam domini: propter Quiſq; ſe
quod tenentur eis vti ſecundum præceptum do- diuitiarũ
mini dei ſui, cui & de omnibus bonis eis conceſ- diſpẽſato
ſis daturi ſunt rationem. Audi ergo quid ſancti rẽ, nõ do
patres Baſilius atque Ambroſius dicant. Non minũ exi
minoris eſt criminis habenti ſua auferre ac rape ſtimet
re, quam quum poſſis & habes, indigentibus de
negare. Eſurientium panis eſt, quem detines, nu
dorum indumentum quod includis, miſeroꝝ re
demptio & captiuoꝝ abſolutio pecunia, quã in
terra abſcõdis: tãtoꝝ ſcias te bona inuadere, q̃-
tis poſſis

tis poſſis & non vis præſtare. Hinc ait glorioſ
Hierony Hierony. Quicquid amplius quam nobis op
eſt, a deo accepimus, pauperibus erogare de
mus: ſi quod eis deputatum eſt, noſtris cupidi
tatibus vel uanitatibus reſeruamus, quanti pa
peres in locis ubi ſumus paupertate aut nudita
defecerint, nouerimus nos de animabus illoru
in die iudicij rationem daturos. Denique, vt ſa
Thomas ctus Thomas in ſecunda ſecundæ declarat, tem
poralia bona, quamuis ſint poſſidentis quãtu
ad proprietatem: tamen quantum ad vſum d
bẽt eſſe illorum, qui de eorum ſuperfluo poſſu
Baſilius ſuſtentari. Propter quod ſanctus ait Baſiliu
fateris ea tibi diuinitus proueniſſe, an iniuſtu
deus res inęqualiter nobis diſtribuens? Cur tu a
bundas, & ille mendicat: niſi vt tu bonæ diſpe
ſationis merita conſequaris, & ille patientię
Matth. 7. uijs decoretur? IV. Nimis arctam facis viam
lutis. SE. Quæ dixi adhuc minus ſtricte mi
terribiliter ſonant, q̃ quod filius dei in Euang
Matth. 19. ait, Facilius eſt camelum per foramen acus
ſire, quam diuitem intrare in regnum cœloru
IV. Omnes ergo diuites ſunt in ſtatu damna
Iob. 36 nis? SE. Sicut in libro ſancti Iob legitur, Deu
tentes non abijcit, quum & ipſe ſit potens: ſic
cere poſſumus, Deus diuites nõ abijcit, quum
ipſe ſit diues. Porro Chriſtus per diuitem int
xit amatorem diuitiarum immoderatum:
ad inſinuandum quam pauci ſint diuites iuſti
Matth. 19. loquitur: vnde & verbis illis præmiſit, Quã d
cile qui pecunias habent, intrabunt in regnũ
lorum. IV. Ad diuitias vehementer affici co
ui, & quomodo poſſum nũc affectum meum
illis auertere. SE. Si conſideres, quod diuitia

tam periculoſe vt dixi:& quod eis ſint tot mala
annexa, ꝙ item ſuperfluus amor earum ſit cha- Amor di
ritatis venenum, & auaritia appelletur quã apo uitiarum
ſtolus idolatriam vocat. Inſuper ſi attẽdas, ꝙ de charita-
us ſit infinite & prorſus incomparabiliter vni- tis vene-
uerſis & cunctis creatis amabilior, melior, atq; num.
ſuauior: quod etiã ſpiritalia eius dona, quæ ſunt
animarꝝ opulẽtia, ſint ineffabiliter digniora cun
ctis terrenis diuitijs. Si quoq; perpendas breuita
tem vitæ præſentis, in cuius termino cuncta ter-
rena relinques: ac perpetuitatem vitæ ſequentis,
in qua ſola ſpiritalia bona iuuare, ſuſtentare, &
beatificare te queunt. Nonne fatuum reputares,
quem cerneres lutum & ſtercora precioſiſſimis
gemmis ac puriſſimo auro præferre? Quãto ma
gis teipſum arbitrari debes inſipientem, quã diu
deo bonitatis ac amabilitatis immenſæ, & ſpiri
talibus donis ipſius, ac felicitati æternæ præfers
hæc temporalia & caduca: nec quo ad hoc vis
ea cõtemnere, quod a diuino amore, a gratia &
virtute, a ſpiritali profectu, a ſalute perpetua te
impediunt & auertunt? IVV. Fortia ſapientia
lia ſunt quæ dicis, nec quod dicere valeã habeo:
nec tamen ex me ad hũc diuitiarum deſpectum
pertingere queo. SE. Fac quod in te eſt, te ad gra
tiam diſponendo: & dominum inuoca adiutorẽ,
nec deerit tibi. Nonne multi gentiles philoſophi, Phĩ diui-
ex naturali ratione atq; virtutibus acquiſitis cõ tias con-
tempſerunt & abiecerunt diuitias: ne earꝝ amo- tẽpſerũt.
re & occupatione, a ſtudio ſapiẽtiæ naturalis im
pedirentur? Quanto magis amore ſupernatura
lis ſapientiæ, gratiæ gratumfacientis, infuſarum
virtutum atque donorum atque fructuum ſpiri-
tus ſancti, beatitudinis quoq; futuræ ac ſempiter

 næ.

næ, & maxime intuitu & amore dei tui, id face
re debes: vt ſaltem neceſſarijs ſis contentus? IV.
Bonum eſſet ſic agere, ſed quis poteſt? SEN. Cur
puſillanimis manes, cur in te ſtas & non ſtas? Fi
ge ancoram ſpei tuę in domino. An non vides, q
multi elegantes, docti, locupletes, nobiles, adole
ſcentes ac iuuenes quotidie deſerant mundū, pa
rentes, cognatos, conſortes, & cuncta quæ ha
bent habiturique erant in ſeculo, & clauſtra in
grediuntur: imo & ordinem Carthuſienſium, in
quo ſub perpetua manent clauſura? IV. Video
& admiror: nec ſine ſpeciali gratia id fieri poſſe
Act. io reor. SE Nūquid perſonarum acceptor eſt deus?
Pſal. 144 Nonne prope eſt omnibus inuocantibus eum, o
mnibus inuocantibus eum perſeueranter in veri
tate: nec vlli ſe diſponenti ſuæ gratiæ denega
pem? IVV. Ecce ex his ad diuitiarum con
ptum inclinor, & neceſſarijs contentus eſſe p
pono. Veruntamen ad honores mūdi, ad hu
nas laudes, ad dignitates ac præſidentiam,
huc cor meum afficitur: ſeque ad hæc licite
ci arbitratur, quum iuxta philoſophum ho
Ariſtoti. videatur præmium eſſe virtutum: ſoliq; ſa
entes ac virtuoſi principatu ac prælatione
digni. SE. Talis affectio Chriſtianæ religio
congruit: imo ambitionis eſt vitium, & ve
militati contraria: imo & vitiorum grauiſſi
rum origo, quemadmodum in ſequenti tibi
dam articulo.

Quod ad v̄acitér Chriſtianum perti
gloriam & honorem mundi, laudes hu
nas, promotionem ad præſidendum a
nari ac fugere.

Art. VIII.

SENIOR.

SCire te puto, ſanctam humilitatem
eſſe fundamentum virtutum: ſed ſu
perbia mater eſt & origo omnium
vitiorum. Agnoſce ergo teipſum, et
ita intelliges, an liceat tibi appetere
principatum, honorem, laudemque
hominum. IV. Cognoſco me eſſe rōnalem cre
aturam, nō ſolum cūctis irrōnabilibus creaturis
eminentiorem, ſed multis quoq; hoībus doctio-
rem: atque in multis præminētem his, inter quos
viuo & ambulo: propter quod dignum me arbi
tror honorari ab ipſis, ac ipſis præeſſe. SE. Si pro
pter huiuſcemodi eminentias tuas contendis ali
is præſidere, non deerunt qui in his aut conſimili
bus aut certe maioribus donis erunt, aut reputa
bunt ſe excellentiores te, & tuæ promotioni reſi-
ſtent ac tibi præferri nitentur: ſicque inter illos &
te orientur diſſentio, diſplicentia, inquietudo, ſu-
ſpicio, rancor, lis, atque contentio. IV. Hæc quo
tidie oriri inter eos, qui ad principatum & præ-
lationem aſpirant, experientia monſtrat. SEN.
Quomodo ergo opinaris te id licite affectare, ex
quo tot vitia oriuntur: & quod affectantem ſic
maculat, inquietat, atque ab omni profectu ſpi
ritali, & vera mentis tranquillitate, impedit &
elongat. IV. Nonne aliqui iuſti pro principatu
obtinendo, aut conſeruando, decertant? SE. Hi
quibus ex iure ſucceſſiōis, aut alio titulo iuſto cō
petit principatus, pro eo poſſunt certare: dum-
modo recta eorum ſit intentio, & ipſi ſe dignos
exhibeant principatu. Aliunde uero ad præſiden
tiam aſpirare, præſertim ad eccleſiaſticas digni-
tates ac promotiones, quibus cura annexa eſt

Vere chrīanus ac hūilis, honores, & oīa mūdi cōtemnit.

Ambitio dignitatū improbatur

animarum:præſumptuoſum, ambitioſum, inc
tum, imo & ſtultum cenſetur. IVV. Nonne hi
qui vigent & præpollent ingenio ac pruden
iure naturali competit præſidere, vt ait philoſ
phus. SE. Si ingenio ac vera prudentia, quæ
alijs virtutibus non habetur: p̄ſertim infuſa p
dentia polleant, cæteroſque tranſcēdant, præ
ſunt digni: non tamen conſequitur, ꝙ ſeipſos
gerere debeant, aut præſidentiam affectare:
præſtolari, humiliare ſeipſos, ſubeſſe & obe
quouſque vocentur legittime. Quum dicat a
Hebr. 5. ſtolus, Nemo aſſumit ſibi honorem: ſed qui vo
Eſa. 5. tur a deo, tanquam Aaron. Et Eſaias, Vę qu
pientes eſtis in oculis veſtris, & corā vobiſ
Roma. 12. ipſis prudentes. Vnde & Paulus, Nolite (inq
eſſe prudentes apud voſmetipſos. Quod ſi v
qui in oculis ſuis prudentes ſunt: quanto m
his qui ſe alijs reputant prudētiores: potiſſim
cum infuſa prudentia præſupponat charita
in quo nemo ſe eſſe cognoſcit pro certo, ſine
latione diuina. Sed iam plenius exprime
quid ſis. Quum enim dixi, agnoſce teipſum
id ammonere intendi, ut noſcas q̄d ſis diffi
ſeu per naturam: & quantum ad dona fo
quæ bonis & malis ſunt communia: ſed v
ſes qualis ſis per couerſationem. IV. Defe
ſum & fragilem me eſſe non denego. SE. Si
hucuſque non recte rexiſti teipſum, nec ſub
mine ſuperioris iuſte vixiſti: quo colore ap
alijs præſidere? Intuere, quantæ debeat eſſe
tuoſitatis, qui dignus eſt præeſſe hominibus.
Iudex e- ne iudex debet eſſe quaſi viua lex, ac anim
rit q̄ſi vi iuſticia: vt nuſquam ab æquitate & verita
ua lex clinet? Quod ſi quis vera careat humilitat
po

pote ambitioſus, o quam longe diſtat a vituoſitate. Denique ſi vniuerſa & ſingula tua peccata clare & efficaciter penſes, ac ponderes: non iam primatu, honore, laude, & gloria: ſed omni deiectione, confuſione, vituperio, ſubiectiõe dignum te reputabis. Itaque qui in virtutibus, & profunda humilitate exercitatus non eſt, & qui ſubeſſe ac prompte obedire non didicit: non eſt aptus & dignus præeſſe. Nec enim idoneus eſt alios in virtutibus edocere, qui in virtutibus non eſt practice doctus. IV. Si hæc ita ſe habent, quid eſt quod in eccleſia non ſolum ad ſecularia officia, & ad dignitates ciuiles: ſed ad ſpiritalia quoque regimina & eccleſiaſticas prælaturas, multi inexercitati & iuuenes ac ſeipſos ad talia ingerentes, q̃tidie promouentur. SE. Allegare inconuenientia nõ eſt ſatisfacere ueritati: ſed abſurditates augere, ſiue detegere. Verũtamen quoniam id q̃d tangis aſſidue agitur, Eccleſia vehementer declinat, & innumerabiles tam præſidentes q̃ ſubditi pereunt, ac damnantur. Præterea ſi tales ad præſidendum ſic aſpirantes diſtrictionem penſarent diuini iudicij, nequaquam ſe tanto innodarẽt periculo: & qui pro ſeipſis non ſufficiunt ſummo iudici reddere rationem, nullatenus ſtatum illum appeterent, in quo pro alijs quoq; obligarentur rationem dare altiſſimo. Scriptum eſt enim, Iudicium duriſſimum in his qui præſident fiet. IV. Si tã periculoſum eſt præſidrre, mirum quod aliquis cupit primatum. SE. Audi quid electus & illuminatus dicat Gregorius, Vnuſquiſque totiens ad apoſtaſiæ crimen dilabitur, quotiens præeſſe hominibus gloriatur: & rurſus totiens deum meum præcedere cupio, quotiens proximis meis

Philoſo.

Officia & dignitates q̃to periculo ambiãt.

Sapient. 6

Gregori.

præeſſe deſidero: & quem nunc iudicem eſſe de
lectat, Chriſtum iudicem uidere in die iudicij n
delectabit. Itemq́, Numerari vitia nequeunt, q
ex ambitione procedunt. Hinc & ſanctus Ber
Bernard⁹. nardus diſſeruit, O ambitio crux ambientium,
quomodo omnibus placens omnes torques? Et
denuo, quid magis mirandum, quid amplius de
teſtandum, quid grauius puniendum: q̄ quod u
dens filium dei ſummo in regno angelorum, fa
ctum nouiſſimum in regno hominum, appona
adhuc magnificare ſe homo ſuper terram. IV.
Mirum, quod Chriſtus in euangelio iſta non ta
git. SE. Non ſolum in euangelio tangit hæc, ſe
exemplo & verbo aptiſſime percutit, damna
confundit totius ambitionis inſaniam, omnis a
rogantiæ vanitatem, vniuerſam laudis huma
næ gloriæ ſecularis tranſitorijq́ honoris affe
Iohan. 6 nem. Nonne apud Iohānem narratur, Sciens Ie
ſus quod venturi eſſent, vt raperent eum & fa
rent eum regem, fugit in montem ſolus. Nonne
Heb. 12 Chriſto vere dixit apoſtolus, quod præpoſito ſi
gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta
Ibidem. 5. Et denuo, Chriſtus non ſemetipſum clarifica
vt pontifex fieret: ſed qui loquutus eſt ad eum,
Pſalm. 190 Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordine
Matthę. 11 Melchiſedech. Nonne in euangelio ait, Diſcite
me, quia mitis ſum & humilis corde. Nonne
Luc. 18 quenter loquutus eſt, Qui ſe humiliat, exalta
& qui ſe exaltat, humiliabitur. Denique ipſe
Ioh. 1, nit in mundum hunc, & in mundo hoc inter ho
mines conuerſari elegit: non in opulentia tempo
rali, non in delitijs carnis, non in mundano ho
re, nō in poteſtate & gloria: ſed in maxima pa
pertate, in corporali afflictiōe, in profundiſſima
humi

humilitate, abiectione, perſequutione, obedientia,
ſeruitute: factus obediens patri vſque ad mortē: Philip.2.
& dixit, Filius hominis non venit miniſtrari, ſed Matth.20
miniſtrare. Præterea quum in cœna nouiſſima,
facta fuiſſet inter diſcipulos adhuc imperfectos
& rudes contentio, quis eorum videretur eē ma
ior: reſpondit, Reges gentium dominantur eorū, Luc.22
& qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vo-
cantur: vos autem nō ſic, ſed qui maior eſt in vo
bis, fiat ſicut minor: & qui præceſſor eſt, ſicut qui
miniſtrat. Apud Marcum quoque loquitur, Qui
cunq; voluerit fieri maior, erit veſter miniſter: et Mar.10
quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit o-
mnium ſeruus. Atq;, vt in Matthæo recitatur, in Matth.18.
terrogatus ab Apoſtolis Ieſus: quis maior eſt in
regno cælorum: reſpondit, Niſi conuerſi fueritis,
& efficiamini ſicut paruuli: non intrabitis in re-
gnum cælorum. Quicunq; ergo humiliauerit ſe,
ſicut paruulus iſte: hic maior eſt in regno cœlorum.

IV. Vt video, humilitas in primis neceſſaria, & Humilitas neceſſaria eſt.
ipſa præcipue commendatur: eſtq; neceſſe vt ho
mo in oculis ſuæ mentis ſit vilis & modicus, &
deprimat non extollat ſeipſum: & cupiat obedi
re ſubeſſe ac paruipendi potius, q̄ iubere præeſſe
aut promoueri: quāuis hoc totum ſatis difficile
videatur implere. SE. Hoc totum facile fiet no-
bis, & paulatim delectabile erit: ſi conſideremus
quotidie omnem domini noſtri Ieſu Chriſti humi
litatem, obedientiam, ſubiectionē: proprias quoq;
defectuoſitates, & innumerabiles quotidianaſ-
que culpas: ſed & naturales defectus in corpore A nobis
& in anima, ſordes fœtiditateſq; carnis: & quod a habēus
nobiſipſis nil habeamus niſi deficere & pecca- deficere,
re. Imo quod nec ad momentum poſſimus ma- & peccare.

nere in eſſe, nec aliquid meritorie agere, niſi e
conſeruatione & gratia dei; cui omne bonũ ſem
per aſcribere obligamur. Si demum penſemus,
quantum diſpliceat deo, & quantum noceat ho
mini ſuperbia, quantam mereatur damnatione
quantum etiam placeat deo, & quantum proſi
homini beata humilitas. Nonne inter ſuperbos
Prou.13 ſunt iurgia, humiles vero pacifice ac iucunde c
uerſantur ad inuicem. IVV. Bona doctrina, e
nec quicquam obijcere queo. Plenius tamen &
compendioſe, quæſo, me inſtrue qualiter omnia
ad quæ in iſto dialogo ac tractatu me admon
ſti, valeam adimplere. SEN. Dilige te in deo, &
hæc omnia implebis. IV. Quid eſt diligere ſe i
deo? SE. Omnia illa appetere & amplecti, qu
Diligere ſe in deo quid ſit expediunt homini ad cõplacendum deo, ad p
ficiendum in gratia & charitate ipſius, ad ob
nendum æternam ſalutem. IV. Quæ ſunt illa
SE. Corpus proprium per ieiunia & abſtinen
as per vigilias fructuoſas & diſciplinas, per p
nitentiæ opera caſtigare, ſenſualitatem rõni ſu
ijcere, in aduerſis gaudere, iniurias, correptione
aſpernationes hilariter tolerare, ad aſſiduã m
tis vnionem cum deo indefeſſe conari, per or
ones feruentes, per meditationes ſalubres, per a
dentes affectus, atque in omnibus coram deo c
ſtodite ac timorate & ſynceriter conuerſari. IV
Ad carnalium delitiarum deſpectum, ad temp
ralium diuitiarum vilipenſionem, ad tranſito
rum inanium fallaciumque honorum horrorem
ac fugam, per omnia pręinducta me attraxiſti
Gen.8 veruntamen quoniam ſenſus & cogitatio cor
humani proni ſunt in malum ab adoleſcentia,
tantum ꝙ peccare delectat, et ad ludos iocos
fabu

fabulationes ſolatia iugiter inclinamur nos, qui in virtutibus nondum ſumus conſtabiliti: precor vt aliquid dicas de his, quæ ad peccati horrorem & fugam accedunt.

De his quæ ad horrorem & fugam peccati inducũt, et de enormitate ac grauitate peccati, de ſtultitijs quoq; peccantium, & de effectibus vitiorum.

### Art. IX.
### SENIOR.

GRAuitas enormitaſque peccati ex multis penſantur, præſertim ex parte dei: qui per omne mortale peccatum contemnitur, relinquit, et amittitur. Ideo quãto maior eſt bonitas dei, tanto deteſtabilius eſt ei præferre iſta terrena, carnalia, & caduca: & propter iſta vana, fœda, ac vilia ſe ab ipſo auertere: ac bonum tam purum, et infinitum relinquere. Rurſus quo maior eſt autoritas, ac dignitas dei præcipientis: eo enormius eſt ipſius præcepta præuaricari, præſertim ipſomet intuente. Iterum q̃ maior eſt ſapientia dei, eo ſtolidius eſt eius documentis et exhortationibus non obtemperare. Amplius quo maior eſt ſanctitas ac iuſticia dei, eo plus diſplicet ei iniquitas: q̃ etiam gratioſius nos præuenit ſua gratuita ad nos delectatione, eo peruerſius eſt eum non reamare, & ab ipſo mentẽ auertere. Quo item maiora & copioſiora ſunt beneficia eius, eo plus improbum & ingratum eſt ip̄m offendere, & mala pro tot bonis rependere. Poſtremo q̃ maior eſt dignatio atque fidelitas eius ad nos, in tantum ꝙ a nobis pauperrimis vermiculis pater appellari dignatur: eo dãnabilior eſt

Ad horrorẽ et fugã pctõrũ inducentia

noſtra tranſgreſſio. Et ſi uitioſum ualde cenſe
carnalibus eſſe rebellem parentibus: nonne ſce
ratiſſimum eſt, deo patri omnipotenti non obe
dire. IV. His plane contradici non pōt. SE. Q
admodum ergo infinitam dei bonitatē, fidel
tē, dignitatē, ſapiētiam, charitatem, beneficē
tiam, dignationē, & eminentiā in hac vita co
prehendere non valemus: ita nec plene & ly

Exprimi nō poteſt grauitas mortalis peccati

de capere aut exprimere poſſumus, q̄ta ſit gra
tas atq; enormitas omnis peccati mortalis. I
Heu quid audio. Quum enim inter peccata m
talia ſit tanta diuerſitas, ita vt vnū ſit alio
ſi incomparabiliter maius & grauius: ſi tā
minimi peccati mortalis enormitas, q̄d de g
uioribus vitijs, quibus & me contaminatu
ignoro, eſt ſentiendum. SE. Bñ cōſideras. Q
modum enim vna virtus eſt dignior alia
num peccatum eſt alio grauius. IVVE. In
atam diſputationem proſequere. SENIO
Frequenter contingit, vt id quod in ſeipſo
cognoſci non valet, ex ſuis cognoſcatur eff
bus: ſic & cuiuſlibet mortalis peccati inefſ
lem grauitatem aliqualiter ſcire valemus,
ſideremus quod deus naturaliter pius & bo
non obſtante omni ſua benignitate & c
tate ad genns humanum, pro vnoquoque
cato mortali æternam damnationē & pœ
omni tormento huius uitæ acerbiorem, nū

Pœnā dāni et pœnā ſenſus ęternā infligi pro v. m. pe.

finiendam infligit: imo pœnarum congeri
æſtimabiliter doloroſam, videlicet pœnam
mni & pœnam ſenſus: ipſaque pœna ſenſ
multiplex; quia nunc æſtuantiſſimo calore
vehementiſſimo frigore abſque reducione
medium miſeri affliguntur damnati. Nec

tum ipſo infernali incendio gehennalique frigore cruciantur quantum ipſa mentis deſolatione anguſtia deſperatione preſſura: dum iugiter penſant tanta eorum calamitatem perpetue duraturam: iam dæmonum quoq; ſocietas & horrendus aſpectus pœnaliſſimus eſt damnatis. IVV. Metuenda et iugiter penſanda ſunt iſta, quod ſi pro quolibet mortali peccato quantumlibet paruo infligitur tanta punitio, quam intolerãda ac vehementiſſima erit eorum pœna qui grauioribus vitijs implicantur, imo multis mortalibus ſordent criminibus, ſed dic an etiam uenialia puniantur in inferis & quam diu. SENIOR. Deus iuſtus nullum malum quantũlibet modicum deſerit impunitum. Nonne Chriſtus in Euangelio dixit, quod de omni verbo ocioſo exigenda ſit in die iudicij ratio. Quamuis autem peccato veniali non æterna, ſed temporalis pœna debeatur ſecundum ſe: tamen, in quantum coniunctum eſt culpæ mortali, & ratione ſtatus miſerorum in inferno, in quo nulla eſt redemptio: dicunt Doctores communiter, quod etiam venialia in inferno æternaliter puniantur. IVVENIS. Grandem formidinem, & tremorem mihi iſta incutiunt: & certe inſenſati ſunt qui iſta non penſant, ſed abſque terrore & freno perpetrant mala. SENIOR. Multæ & magnæ ſunt peccantium ſtultitiæ. Prima eſt, quod peſſimo & crudeliſſimo ſuo hoſti deſeruiunt: a quo tanto grauiora recipient, ac ſuſtinebunt tormenta: quanto plus ſeruierint, & acquieuerint illi.
Secunda, quia a ſummo & optimo ſuo amatore s. deo, auertunt ſe; & eius voluntati, præceptis, docu

Matth. 12.

Quo pacto pctã veñ. puniant in inferno

Eccl's. 8.

Peccantium ſtultitiæ xij.

documentis, conſilijs renuunt conſentire. Terti[a],
quia ſpiritaliter corda ſua excæcant: iuxta quo[d]
Sap. 2 ſcriptum eſt, Excæcauit eos malitia eorũ. Quar-
ta, quia letaliter vulnerant, imo occidunt ani-
Ibidem. 16 mas ſuas: ſicut in libro ſapientiæ ſcriptum eſt, Ho-
mo per malitiam occidit animam ſuã. Et item,
Ibidem. 1 Os quod mentitur, occidit animam. Quinta, q[uia]
ſeipſos diabolo incorporant, illaqueant, tradu[nt]
& vendunt. Sexta, quoniam omnia præceden-
tia merita ſua mortificant. Septima, quia om[nes]
ſpiritales ſuas diuitias. ſ. gratiam, virtutes, & do-
na ſpiritus ſancti amittunt. Octaua, quia ſpiri-
tum ſanctum, eiuſq; inhabitationem p[re]tiſſima[m]
a cordibus ſuis excludunt, atq; in eis diabolo c[o]-
hibent manſionem. Nona, quia ſcienter & ſpo[n]-
te ad inferos gradiuntur. Decima, quoniam v[i]-
lia corpora ſua præferunt ſuis nobilibus & im-
mortalibus animabus: magiſq; amant & quæ-
runt temporalia quam æterna, præſentia qua[m]
futura, terrena quam cęleſtia, carnalia quam ſpi-
ritalia ac diuina. Vndecima, ꝙ dæmonum ſug-
geſtionibus acquieſcunt, & angelorum ſancto[rum]
inſpirationibus inobedientes conſiſtunt. Duode-
cima, ꝙ matrem ſuam eccleſiam, ac bonos p[ræ]-
latos, ſpiritaleſq; patres ſuos, audire contemnu[nt].
IV. Incomparabiliter magnæ & inexcuſabile[s]
ſunt iſtæ ſtultitiæ. Nunc de effectibus vitioru[m]
☞ quid adde. SE. Quemadmodum charitas vi[r]-
teſq; cæteræ faciunt hominem dei amicum, fi[li]-
Quid in aĩa effici ant mortalia pec cata. um adoptiuum, ſeruum fidelem, æternæ vitæ h[æ]-
redem, membrum ac militem Chriſti, deo co[n]-
milem & vnitum: ſic omne mortale peccatu[m]
facit hominem aduerſarium dei, filium & ſeru[um]
ac membrum diaboli, dignum pœnis inferni, [...]

[...]

vitaliter mortuum, miſerum, pauperem, cæcum, et nudum: ita ꝙ ſuæ ſalutis ſit immemor, nec ſua aduertat pericula, nec ea quę dei ſunt ſapiunt ei, nec vitiorum ſuorum percipit læſiones: imo ad ea, quæ ſuam concernunt ſalutem, inſenſibilis exiſtit. Venialia quoque peccata ad mortalia diſponunt, charitatis feruorem diminuunt, ſpiritalem conſolationem impediunt: a profectu retrahunt ſpiritali, retardant a gloria, & magna purgatorij merentur tormenta: mentis quoque inquinant puritatem, & eius cum deo familiaritatem præpediunt, tempus infructuoſe expendunt. Idcirco qui mortalia peccata cupit vitare, neceſſe habet diligentiam adhibere, vt & venialia quo ad eius fieri poterit, declinet: & q̊tidiana peccata deploret quotidie, atque in via virtutum proficiat: quia in ea non progredi neq; proficere, regredi eſt & deficere. IV. Iam tanta mihi loquutus es de enormitate peccati, de ſtultitijs peccatoris, de effectibus vitiorum, de ſupplicijs damnatorum: vt ſaxo & ferro ſit durior, qui ex his non compungitur, nec terretur: nec vitia deteſtatur, nec pœnitere & conuerti feſtinat. Ego itaq; conſideratione horum pœnitere & mox cōuerti propono, auxiliante q; deo dignos pœnitentiæ fructus agere cupio: ſed proh dolor adhuc terret me arctitudo viæ ſalutis, difficultas virtutum, pœnitentiæ labor pugna tentationum, & perſeuerantia laborioſa vſque in finem. Ideo precor, vt ad hæc arripienda me animes & confortes: meque mœſtum, ac tremulum conſoleris. SE. Libenter quantum dominus dederit faciam.

Quid venialia efficiant

Matth. 3.

Exhortatio, confortatio, & conſolatio, ad aggrediendum viriliter ac iucunde viā ſalutis

lutis, pœnitentiam ſalutarem, cõuerſionem
perſeuerantem.

## Art. X.

### SENIOR.

Cõſola-tio grã p̃miorum.
Matth. 11

CONſiderare debes in primis, o iu
nis, q̃d dominus noſter Ieſus in eu
angelio ait, Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati eſtis, & eg
reficiam uos. Tollite iugum meum
ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & hu
milis corde: & inuenietis requiem animabus ve
ſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, et onus meum
leue. Mox ergo, vt viam pœnitentiæ ac ſalu
cœperis introire, et laborem ac difficultatem
ſeris in eadem: accede ad Chriſtum, & ipſe re
ciet te. Quumque iugum pręceptoris ipſius
te ſumpſeris, & mãdata eius exequi cœperis
uenies requiẽ animæ tuæ: & experieris quod
gum Chriſti, id eſt, lex euangelica, ſuaue e
& prompte ac dulciter deo obediens ſeruiẽs
IV. Quid eſt ad Chriſtum accedere, & qu
refici ab eo? SE. Ad Chriſtum accedere, e
pietatem charitatem et omnipotentiam co
rare: & ipſum confidenter humiliter ac per
ranter orare, vt dona gratiæ ſuæ dignetur au
re in ipſo orante, & conſolationem internam
terdum conferre: & præſertim charitatẽ ac
dere, atq; in omni tentatione & neceſſitate
tioſe aſſiſtere, ac iuuare. Ad hunc ſpiritalem
ceſſum hortatur Apoſt. dicens, Adeamus cu
Hebræo. 4 dutia ad thronum gratiæ eius, vt miſericor
cõſequamur, & gratiam inueniamus in au
Pſalm. 33. opportuno. Et Pſalmiſta, Accedite, inquit, a
um & illuminamini; & facies veſtræ non co
fun

fundentur. Denique quam confidenter debemus orare, ipſemet Chriſtus infallibilis veritas docet, dicendo: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Atque, vt idem teſtatur, oportet ſemper orare, & non deficere. Oportet quoq; deum maieſtatis et ſanctitatis immenſæ vbiq; præſentem, ac omnia intuentem, cum grandi reuerentia et diligēti cordis cuſtodia inuocare: nō ex arida conſuetudine, nec corde diſtracto, pigro ac tepido. Qui ergo ſic iuocauerit deum, exaudietur certiſſime, et cōſolationes diuinas experietur frequēter: ſicq; celeriter in charitate proficiet, et aſcendetur cor eius in deo: ita q̄d cum ingenti alacritate, ſpiritaliq; gaudio ſeruiet ei. Sicut hortatᵗ propheta, Seruite dn̄o in lætitia. Introite in conſpectu eius in exultatione. Paul. quoq;, Gaudete in domino ſemper. Verum ad hæc impetranda, & conſeruanda, neceſſe eſt carnales & mundanas conſolationes deſpicere, ac vitare: & coram deo timorate, cuſtodite, ac ſolicite ambulare: cogitando, ac venerando, aſſidue omnipotētis dei præſentiam. IVVENIS. Magna ſunt hæc. Virtus tamen, vt puto, ex ſua natura eſt ardua: eſtque difficile, ac laborioſum, actibus virtutum inſiſtere. SEN. Melius intuere. Quid enim dulcius & quietius charitate, pietate, manſuetudine, patientia, ſobrietate? Quid uero amarius ac pœnalius inuidia & rancore, crudelitate, indignatione, ira, impatientia, et guloſitate. Virtus ergo ex ſua natura ſuauis eſt, & actui ſuo habet delectationem annexam: idcirco menti bene diſpoſitæ delectabile eſt virtutum actibus inhærere, &

Mar. 7
Luc. 18
Psalm. 99
Phil. 4
Philoſo.

ſpirita

ſpiritalibus exercitijs occupari. Quid dulcius a
nimæ deuotæ ac feruidæ, q̃ deum laudare, pſal
re, orare, contemplari, diligere, & ipſum brachi
is charitatis intra ſe amoroſe cõſtringere? Hi
Iacobus apoſtolus, aſſignans quædam remedia
prauæ triſtitiæ expulſiua, diſſeruit: Triſtatur al
Iacob. 5 quis veſtrum, oret æquo animo, & pſallat. IV.
Vnde ergo oritur difficultas inſiſtendi actibus
tutum in multis hominibus? SE. Dimiſſis pecca
Difficul tis manẽt adhuc in homine nouiter conuerſo re
tas bonæ quiæ peccatorum, id eſt, pronitas ad peccãdum
opatiõis difficultas ad bene agendum, infirmitas reſiſ
hinc ſit di tentationibus ex priſtina aſſuefactiõe iniqu
Hæ autem reliquiæ vitiorum paulatim tolluntur
per exercitia bona, per aſſuefactionem ad me
ora, per charitatis profectum, per diligentem ex
ercitationem in omni virtute: ſicque vitijs c
patis cum ſuis reliquijs, & paſſionibus reform
tis, virtus dulceſcit, atq; facillimum fit virtu
actibus occupari, deo vniri, in ipõ q̃eſcere, &
q̃ dei ſunt ac ſalutis intẽdere: imo ſic mens in
fectũ totius boni honeſti totaliter trãſformat
in deo firmat̃: atq; ab eo q̃tidie copioſius loc
pletat̃, lympidius illuſtrat̃, frequentius viſitat
validius quoq; accenditur, & vberiores conſ
tiones ſortitur: ita vt cum viro ſancto dicere p
Pſalm. 93. ſit deo, Secundum multitudinem dolorum m
orum in corde meo, conſolationes tuæ lætifica
runt animam meam. Et cum Apoſtolo, Be
2. Corin. dictus deus, qui conſolatur nos in omni tribula
one noſtra. IV. Bona & conſolatoria ſunt h
verba. SE. Si deus in iſto exilio, in valle lac
chrymarum, in hoc pœnitentiæ loco, ſuos elect
tam dulciter conſolatur & tãta chariſmata pa

tiam

ſtarum largitur, quantam putas beatitudinem,
quam glorioſam & copioſam mercedem præpa
rauit eis in cælis, in throno gloriæ ſuæ, in patria
beatorum? IV. De hoc audire te opto. SE. Spes Gregori⁹
& conſideratio præmij minuunt vim flagelli, et
difficultatem laboris alleuiant: ſi ergo perpen-
deris, quã inæſtimabilem & exuberantiſſimam
atq; ęternam mercedem, felicitatem & gloriam
præpauerit deus altiſſimus ſuis fidelibus ſeruis,
pro temporali eorum obſequio pro breui labore
pro modico cultu, maxime autem pro pia ac fer
uenti eorum affectione ad deum: fateberis nihil
dignũ ad præmia illa cæleſtia te agere poſſe: nõ
terrebit ſed delectabit te pœnitentiæ labor, obſe
quiũ dei, & omnis aduerſitas. Propter quod ait
Apoſtolus, Non ſunt condignæ paſſiones huius Rom. 8.
temporis ad futuram gloriam illam. Et rurſus, Id
quod in præſenti eſt, momentaneum & leue tri- 2. Cor. 4
tribulationis noſtræ ſupra modũ in ſublimitate
æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Imo ſi
poſſemus quotidie millies mortem pati pro glo-
ria illa, & mille ãnis deo ſeruire pro fruitione illa
beatifica ſummi boni per vnum diem habẽda,
adhuc non eſſet condigna omnis hæc paſſio, & Auguſti.
vniuerſa hæc ſeruitus, ad tantam mercedem &
gloriam: quæ conſiſtit potiſſime in clara, imme- Glīa btõ
diata, ac iucundiſſima viſione diuinæ eſſentiæ: rũ in qui
atque in pleniſſima ac ſuauiſſima fruitione bo- bus potiſ
nitatis æternæ, ac infinitæ. Quam incomparabi ſimũ con
liter putas eſſe iucundũ, ſummi & adorandi dei ſiſtat.
vultum ſuperpulcherrimum in ſeipſo clariſſime
intueri, eiuſq; infinita dulcedine ad libitum frui,
quum ipſe glorioſiſſimus deus ſit vniuerſis & ſin
gulis creaturis prorſus infinite pulchrior melior,

amabilior, dulcior, perfectior, atq; felicior. De
de conſpicere, qualiter natura noſtra ab vnige-
nito Dei filio ſit in vnitatem perſonæ aſſumpta,
gratioſiſſime decorata, & glorioſiſſime exalta-
ta. Videre inſuper electiſſimam & præclariſſi-
mam dei genitricem ac virginem, omneſq; ordi-
nes angelorum, ac ciuium ſupernorum. IV. Tan
tæ mercedis & gloriæ conſideratio, tam immen
ſa & nunquam finenda felicitas, omnem torpo-
rem pigritiæ, omnem horrorem laboris, omne
dium merito debent excludere: alacritatem ing
rere, charitatem accendere, & ad indeſinentem
excitare profectum virtutum. SE. Quamuis hoc
ita eſt, potius tamen debemus deo ſeruire et ipſu
diligere propter puram ac infinitam bonitat
honorabilitatem, & ſanctitatem ipſius: quã pr
miorum intuitu. IV. Ad hæc ſucceſſiue perting
tur. Veruntamen de cæleſti felicitate, & glori
la, plus aliquid audire inardeſco. SEN. Quid
1. Cor. 2 plus dicere poſſum? Apoſtolus dixit, quod oc
lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hom
Cœleſtis glĩæ pulchritudo nis aſcenderunt, quæ præparauit diligentibus
Ecce tanta eſt charitas, liberalitas, dignatio
ad ſuos electos: quod præparauit eis ſeipſum,
ſuæ glĩæ infinitæ ſint participes & conſortes,
ipm̃ poſſideãt, intueãtur, & guſtẽt, ſicuti eſt in
ipſo: atq; quod ipſe eſt per naturam, ſint ipſi p
participationem & gratiam conſummatam
que pleniſſime transformentur ac feliciſſime a
ſorbeantur in ipſum, & inauertibiliter ac æte
naliter cum ſecuritate perfecta ſtent intenti
tui gloriæ eius, cum ardentiſſima charitate &
perfluentiſſima iucunditate. Certe tanta eſt p
chritudo deitatis æternæ, tanta iucunditas

onis lucis diuinæ & increatæ, tanta dulcedo beatificæ fruitionis ſummæ ac præſtantiſſimæ bonitatis: vt quamuis non liceret manere in gloria illa niſi horula vna, propter hoc tamen innumerabiles anni ſeculi huius pleni delitijs merito contemnerētur. Ibi inceſſabilis & infatigabilis laus creatoris: contentatio plena ita vt nil amplius appeti poſſit, ſumma concordia, inuiolabilis amor, inuariabilis ſtatus, æterna ſecuritas, iucundiſſima prorſus ſocietas. IVVENIS. Satisfeciſti deſiderio meo, & nunc toto corde cum ingenti affectu ad pœnitentiam & conuerſionem indilatam paratus ſum: ſed precor dignare me informare, qualiter inchoandum, proſequendum, & conſummandum ſit mihi. *Auguſtin.*

## Qualiter pœnitens, & conuerti volens, debeat inchoare, proſequi & complere.

### Art. XI.

### SENIOR.

SIcut ſanctus aſſerit Auguſtinus, initium bonorum confeſſio eſt malorum. *Auguſti.* In primis ergo debes in ſecreto et quieto loco vitam tuam præteritam diligenter diſcutere, peccata tua quantum poteris omnia ad memoriã reuocare, atque de eis intra te cordialiter ac vehementer dolere: ſicque ad confeſſionem procedere, & ea diſtincte ac doloroſe cum pleno emendationis propoſito confiteri: & quicquid tibi pro ſatisfactione a confeſſore iniungitur, deuote & in ſtatu ſalutis hũiliter adimplere, & a recidiuo inceſſanter cauere. Deinde quum dicat Saluator Matthæi decimo nono, Si vis ad vitam intrare, ſerua mandata; oportet te præcepta DEI atque

*Inſtruitur in hoc capite conuerti deſiderãs de ordinato proceſſu.*

Pręcepta ecclesiæ omnia obſeruare, quantum ad tuum p-
dei & Ec tinet ſtatum: quia vt ait Apoſtolus Iacob. ſi qui
cle. obſer totam legem impleuerit offendat aũt in vno, fa
uanda eē ctus eſt omnium reus. Debes ergo deum ſupero-
Matt. 22 mnia toto corde diligere, et teipſum ac om̃ia tua,
et cuncta quæ agis cogitas appetis aut loqueris
ad dei honorem & gloriam, & ad diuini amori
☞ ordinare profectum. Quatuor nouiſſima tua iug
Eccle. 7. ter in memoria habe. Totam conuerſationem tu
am in timore dei initiali ac filiali, & in profun-
da ac ſtabili funda humilitate. Corã proximi
exemplariter viue. Ad reſiſtendum tẽtationibu
Deute. 32 ſemper eſto paratus, In dubijs quære a ſapienti-
bus ac diſcretis conſilium & doctrinam. Quo
die antequam eas dormitum, examina temet
pſum qualiter diem exepẽderis, quid mali in ea
commiſeris, quid boni omiſeris: & ſic de omni
tuis peccatis q̃tidianiſq; culpis dole, ingemiſc
plora, veniam pete, emendationem propone, &
ſuo tempore confiteri intende. In lecto decẽter
pudice te habe, mox quando euigilas cor tuũ le
ua ad deum orando, ac ſalubria meditando: &
Matth. 6 dum ſurgis, primum quære regnum dei & iuſti-
ciam eius, ac diẽ fructuoſe expende. In cibo, po
tu, ſomno, ac veſtitu moderamen obſerua: paſſi
onem domini noſtri Ieſu Chriſti quotidie dilige
ter recogita. Motus animi ac paſſiones uince a
rege, proximis eſto benignus, affabilis, charita-
Eccl. 16. 17. tiuus. Pauperibus liberalis, imo ad omnia ope
Matt. 5. miſericordiæ tã corporalia q̃ ſpiritalia pro po
intentus, linguam refrena. In exterioribus occu
pationibus mentem multotiens ad deum erige
diſcretionem in cunctis obſerua, præſentiam d
aſſidue penſa. Iuſticiam dilige, eſto ſyncerus, an

calid

calliditate duplicitate ſimulatione excluſis, maioribus eſto ſubiectus. Nemini qcquam debeas, niſi vt diligas omnes. In his & cõſimilibus te exerce, profice, perſeuera. IV. Saluberrimæ prorſus doctrinæ, quibus deo præſtante obtemperare conabor. Et nunc o ſenior venerande, o pater dilecte, ex totis præcordijs gratias tibi ago, me totũ tibi exhibeo ac rependo. SENI. Conuerſioni & gratitudini tuæ toto corde cõgratulor, de tuo profectu in domino lætor. Præſtet nobis altiſſimus taliter conuerſari in ſeculo iſto, vt vitæ huius cõpleto curriculo congregemur, & beatificemur ſimul in cælo, in creatore et ſaluatore noſtro: qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus, Amen. Rom. 13.

FINIS.